



# **Nicolai Görtleri Vocum typico propheticarum brevis explicatio.**

<https://hdl.handle.net/1874/360134>

2

**NICOLAI GÜRTLERI**

SS. THEOL. DOCT. ET PROFESS.  
ILLUSTRISQUE GYMNASII BREMENSIS  
RECTORIS

**VOCUM TYPICO  
PROPHETICARUM**

brevis explicatio.



**BREMÆ,**

Typis **HERMANNI BRAUERI**, Illustris Gymnasii

Typogr. Anno MDCXCVIII

NICOLAI GÜRTLERS

ILLUSTRIORUM GYMNASII BREMENENSIS  
RECTORIS  
22. THEOL. DOCT. ET PROFESS.

VOGUM TYPICO  
PROPHETICARUM

brevis explicatio.



BREMEN.

Typis HERMANNI BRÄUERII, Illustris Gymnasii

Typogr. Acad. n. ec. xviii.

LIBERÆ. IMPERIAL. REIP. BREMENSIS.

MAGISTRATUL. AMPLISSIMO.

VIRIS. ILLUSTRIB. MAGNIFICIS. EXCELLENTISS.

NOBILISSIMIS. CONSULTISSIMIS.

PRUDENTISSIMIS. GRAVISSIMIS.

D.D. CONSULIBUS.

D.D. SYNDICIS.

D.D. SENATORIBUS.

PATRIÆ. PATRIBUS.

PIS. FELICIBUS. INCLUTIS. CLEMENTIBUS.

VITAM. LONGAM. REGIMEN. TRANQUILLUM.

CIVITATEM. FLORENTEM.

PRECATUR.

OBSEQUIOSISS. ANIMO.

NICOLAUS. GÜRTLERUS.

**D**um Reges & Principes infausta re-  
 gionibus bella inferunt, & pace re-  
 staurata agitant nova federa, novo-  
 rum motuum principia, in Acade-  
 miis & Scholis, PATRES CON-  
 SCRIPTI, disputari solet, quid de Rerump. &  
 Ecclesiae fati in libris divinis praedictum sit.  
 Atque id hodie bona Doctorum pars fatetur,  
 DEum non modo ab aeterno praestituisse, sed  
 & in Veteris Novique Testamenti codice praesi-  
 gnificasse, quid singulis temporibus in orbe ter-  
 rarum ad usque mundi finem fieri debeat. Quin  
 & nonnulli vaticinia sacra explicant tanta fiden-  
 tia, ut definire annos sustineant, quibus populus  
 DEI sit liberandus, & hostis Christi subverten-  
 dus, etsi multorum conjecturas aut decisiones  
 sequior eventus refutavit. Mihi de hoc argu-  
 mento cogitanti sic semper visum fuit, ei qui Pro-  
 fetarum oracula tractare feliciter ac dextre velit,  
 duo praecipue agenda, *unum*, ut in vocum emble-  
 maticarum, quibus Spir. S. utitur, veram signi-  
 ficationem curiosè inquirat, non aliter ac latini li-  
 bri lectoribus necessarium est, ut genium linguae  
 latinae penitus perspiciant: *alterum*, ut integrum  
 quoddam & universale *Theologiae Profeticae Systema*  
 ani-

DEDICATIO.

animo complectatur, quod si rectè efformatum est, particulares prædictiones facilius, & cum minore errandi periculo, ad sua loca & tempora diriget, sicut qui universam ædificii molem bene delineavit, interiora conclavia prudentius ordinabit. Atque hac vice prioris conatus specimen Vobis, PATRES CONSCRIPTI, debita cum veneratione, gratique animi testificatione, offero, quod ut facerem justæ me causæ induxere. Etenim Vobis, PATRES PATRIÆ, studiorum meorum cum privatorum tum publicorum reddere me rationem convenit, & fetus in Bremensi conceptus natusque civitate, ipsa origine ILLUSTRIS ET AMPLISSIMO illius MAGISTRATUI assertus censetur, & vester quondam fuit civis, vestræque urbis ornamentum, à quo & plurimum profeci, si qui sunt profectus mei, & ex cuius scriptis in concinnando hocce opusculo præclare adjutus sum. *Johannem* intelligo *Coccejum*, qui ad utilem sacrarum, scripturarum interpretationem necessaria quælibet & dona & studia contulit. Pietatem Viri beati infucatam, diligentiam indefessam, eruditionem profundam, linguarum Chaldaicæ, Hebrææ & Græcæ notitiam stupendam, historia-

rum

DEDICATIO.

tum & civilium & sacrarum cognitionem vastam, modestiam & præsumptionis odium, prudentiam & circumspectionem vel ii agnoscebant, qui secundi hujus Apollos opiniones quasdam aut commentationes laceffebant. Profecto & rerum aliarum incuriosus legem Dei die ac nocte meditabatur, qui labor Deo per se gratus fructu carere haud potuit. Nimirum Vestris auspiciis, PATRIÆ PATRES, incluta ac Libera *Brema* subinde protulit aluitque Viros pios ac doctos qui causam Jesu Christi afferrent, ejusque regnum aut voce aut scriptis stabilirent propagarentque. DEUS OPTIMUS MAXIMUS hocce beneficium patriæ vestræ VIRI ILLUSTRES, MAGNIFICI ET AMPLISSIMI continuet in plura secula, & protegat *Liberam Imperialem Civitatem Bremensem* ab omnibus inimicis machinationibus, ut servetur religio, justitia ac libertas, ut floreat mercatura & crescat civium numerus: Vestra autem capita PATRIÆ PATRES, cum splendidissimis familiis ornet cumuletque omni bonorum & cœli ac terræ genere. Dab. *Bremæ* VIII. IDUUM Mart. Ann. cio dcc xcviii.

# LECTORI BENEVOLO

SALUTEM  
IN CHRISTO JESU



Uum ante paucos annos in Illustri Schola Ha-  
noviensi à quibusdam ingenius Juvenibus, Sa-  
cras literas amantibus, rogarer, ut Apocalyp-  
seos primum, mox & Danielis emblemata bre-  
viter iis explicarem, laboremq; istum lubens in me suscepis-  
sem, vehementer optavi, ut extaret à Viro docto conscrip-  
pta ordine alfabetico vocum typico profeticarum  
succincta explicatio: atq; illa occasione HENRICI MORI  
Theologi & Philosophi Angli valde eruditi opera perlu-  
strans, forte incidi in ipsius Alphabetum profetico-  
rum iconis morum uti appellat. Judicabis facile,  
Benigne lector, hocce inventum ingentem tum animo meo  
letitiam infudisse, siquidem mei me compotem votirebar.  
Sed minuebatur procul dubio conceptum cito nimis gau-  
dium, quod inter legendum observassem, edidisse Morum  
Alfabeti Profetici specimen tam breve, ut nonnisi sex  
plagulis contineatur.

Igitur providente Deo traductus in Illustre Gymna-  
sium Bremense statui ipse mecum, inter alias curas ac so-  
licitudines, brevem Vocum typico profeticarum expli-  
cationem ordine alfabetico componere in usum studiose  
juventutis, ne illa diutius careret.

Opta-



PRÆFATIO.

*Optabis forsitan, Benevole lector, ut in campo tam lato tamque amœno & fertili latus expatiatus essem: at inventis facile erit addere si cui lubebit; neque credo Hebræa, Græca aut Latina lexica tanta in principio molis fuisse, in quantam post excrevere; Sed & deprehendes, spero, majorem rerum copiam quàm verborum numerum. Neque amplam plurimorum vaticiniorum tradere interpretationem hujus erat instituti, quod in alia tempora, si Deus velit & vixero, distuli. Vale Deumque mecum lauda & roga, ut cognitionem veritatis secundum pietatem in dies magis magisque crescere jubeat.*

---

CATALOGUS  
RESPONDENTIUM.

- FRIDERICUS ERNESTUS SAK, Anhaltinus.
- LUDOVICUS ESKUCHE, Hassus.
- QUIRINUS MISCHENIUS, Blomberga-Lippiacus.
- JOHANNES Reuter / Dagoberthusanus Hassus.
- MATTHIAS CONRADI, Offenbaco-Ysenburgicus.
- CORNELIUS VILMARUS, Vicenhusâ-Hassus.
- JOHANNES JACOBUS KELLER, Ysenburgico-Weningensis.
- ANTONIUS LAMMERSDORFF, Langendiebacò-Ysenburg;
- JOHANNES JUSTUS AMMON, Hanoviensis.
- JOHANNES HENRICUS SCHNEIDER, Palatinus.
- CAROLUS JACOBUS EISENBERG, Muscovita.

Hebrew text at the top of the page, likely a title or chapter heading, consisting of several lines of characters in a dense, decorative font.

A.



**A**ddon, אבדון, ἀπώλεια. I. perditio, interitus, exitii status. Job. 26. 6. *Nudus est infernus coram eo*, ואין כסות לאבדון, *ὅτι ἐστὶ περιβόλαιον τῆ ἀπώλειαι*, non est tegmen perditioni. Ps. 88. 12. *Num veritas tua narrabitur in perditione?* interrogat Patrem Christus iram divinam sentiens. II. ἀπολύων, destruens, perdens, Apoc 9. 11. Est cognomen Antichristi hebraicum, sicut Christus vocatur σωτήρ, σωτήριον, servator, salus. Conf. Job. 28. 22. *Perditio & mors dixerunt*, *auribus nostris audivimus sapientie famam.* Prov. 15. 11. *Infernus*, אבדון & perditio sunt coram eo. Nempe universa turba Antichristiana audivit famam de Christo, solo Rege & Liberatore per orbem annunciano, & vicissim Deus novit mysterium impietatis, & occulta perditoris molimina.

*Abies*, אביש, πεύκη, ἐλάτη. Arbor excelsa in montibus altis, intuitu hilaris, folio pinnato densa, ut imbres non transmittat, & pondus sustinere valida, ut Plinius loquitur. Designat viros eximios, fortes. Esai. 41. 19. *Ponam in deserto abietem*, in regionibus Evangelio usque huc non cultis excitabo viros cognitione & pietate ante alios illustres. Esai. 55. 13. *pro spina alba ascendet abies.* Esai. 60. 13. *Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus & pinus simul*, ad decorandum locum sanctuarii mei. Zach. 11. 2. *Ulula abies*, quia cecidit cedrus. Plorate excidium Hierosolymorum Judæi auctoritate & potentia eminentes. II. Est figura Christi, Ecclesiam sua umbra protegentis, & lato vultu in ea conspicui. Hof. 14. 9. *Ego ut abies virens.* אנו ככרוש רענן, LXX. Ἐγὼ ὡς ἀρκυδιὸς ὡκυλάζωσα.

*Abominatio*, אבועבה, βδέλυγμα. Idolium, numen factum, quod Deus abominatur, 2. Reg. 21. 2, 3. *Fecitq; malum* (Manasses) *in oculis Jehova* כתועבות הגוים, κατὰ τὰ βδέλυγματα τῶν ἐθνῶν.

secundum abominaciones gentium quas expulerat Jehova à facie filiorum I-  
fraëlis. *Conversus namque instauravit excelsa que everterat Hiskias pater  
ejus, & erexit altaria Baali &c. Purpurea mulier tenet in manu po-  
culum plenum βδελουμάτων, idolis, Apoc. 17. 4. ceu mater βδε-  
λουμάτων, gignens numina falsa, vs. 5. Apoc. 21. 27. in urbem no-  
vam non intrabit πᾶν ποιῶν βδελουμα, ullus idoli fabricator. βδελύ-  
μας est averfor ob factorem à βδέω, pedo, flatum ventris emitto;  
quare Deus idola vocat stercorea abominationum, Ezech. 16. 36.*

*Absinthium, חררר, ἀψινθος, πικρία. Herba amara, Prov.  
5. 4. Notat I. rem nobis ingratam, supplicium, pœnam. Co-  
medere faciam eos absinthium, & propinabo aquam fellis, Jer. 23. 15. In-  
ebriavit me absinthio, Lament. 3. 15. dum recordor afflictionis meæ,  
& planctus mei, absinthii & fellis, vs. 19. II. rem Deo ingratam,  
errorem, peccatum. Deut. 29. 17. Ne sit in vobis radix fructificans  
felle & absinthio. Hinc doctor mendax nominatur ἀψινθος, Apoc.  
8. 11. Et nomen stella dicitur absinthium, & versa est tertia pars in absin-  
thium: & multi homines mortui sunt ex aquis quia amara facta sunt. Post  
tertia tubæ clangorem Doctor mendax doctrinam Evangelii mel-  
le dulciorem corrumpit, & amarissimis erroribus tertiam homi-  
num partem imbuit, falsos Christianos à paganis & veris Chri-  
sti testibus discretos. Judicium & fructum justitiæ convertere in  
absinthium, Amos. 5. 7. & 6. 12. est illud corrumpere.*

*Abyssus, אַבְּסוּס, ἄβυσσος. Profunda aquarum vorago,  
figurat I. calamitates è quibus emergere vix licet, Ps. 42. 8. A-  
byssus abyssum vocat. II. statum inferorum, Apoc. 9. 1, 2. Claves  
putei abyssi sunt potestas in mortuos, potestas illos vel detruden-  
di ad tartara, vel è purgatorio igne liberandi. Angelus abyssi est  
abaddon, perditor inferis præfectus. Apoc. 11. 7. Bestia ascen-  
dens ex voragine, est turba Antichristiana ex inferis originem  
trahens, uti civitas Christi ortum ducit ex cœlo. Apoc. 21. 2.  
Vidi sanctam civitatem Jerusalem novam descendentem de cœlo. Henricus  
Morus ἄβυσσος pro βάλαρα poni credit, uti & fecerint LXX.  
Job. 41 31. Ps. 106. 9. Esai. 63. 13. atque intelligit Imperium Roma-  
num Christiano paganum. Conf. Apoc. 17. 8. III. notat copias  
militares. Ezech. 26. 19. quum ascendere fecero super te voraginem, & o-  
perue-*

peruerunt te aqua multe, quum immifero peregrinum exercitum terras tuas inundantem.

*Accingo*, אָרַךְ, אָרַךְ, περιζώνω. Accingi opus habent induti laxis vestibus, quales gestant populi orientales, ne in eundo vel ambulando sint impedimento. Luc. 12. 35. *Sint lumbi vestri succincti*, 1. Petr. 1. 13. *Succincti lumbis mentis vestrae*. Expedite vos, & omnia abjicite impedimenta curriculi vitæ bonæ. *Lumbos circumcingere veritate*, Eph. 6. 14. est munire se præsidio veritatis, ut expediti pugnemus contra errores & mendacia. II. *Accingere gloriam & decus*, Ps. 45. 4. est gloria & maiestate circumindui orna-riq̄ue. *Deus me cingit robore*, Ps. 18. 33. Colles dicuntur cingi letitia, Ps. 65. 13. undique repleti.

*Aculeus*, אָרֶבֶן, κέντρον. Stimulus pungens. designat instrumentum nocendi. *Aculeus mortis peccatum*, 1. Cor. 15. 56. *Aculei in caudis locustarum vel scorpionum*, Apoc. 9. 10. sunt occulta lædendi media, quæ dum à tergo adhibentur, à fronte haud observantur.

*Adamus*, אָדָם, Ἀδάμ. Homo primus conditus ad imaginem Dei, & caput humani generis, figura Adami venturi, Rom. 5. 14. Ultimus Adam factus in spiritum vitam dantem, 1. Cor. 15. 45. Cabbala Hebræorum memorat אָדָם הַקֶּדְמוֹן, *hominem anteriorem*, Coronam summam quæ est ante omnem emanationem, & אָדָם הַתַּחְתּוֹן, *hominem inferiorem*, sapientiam, Patrem ac Filium.

*Adamas*, אֶדָם, ἀδάμας. Lapis pretiosus, sed durus, quasi indomitus. Ezech. 3. 9. *frontem tuam feci esse instar adamantis*, reddidi invictam impavidamq̄ue, ne metueres malitiam hominum, Zach. 7. 12. *Cor suum posuerunt adamantem, ne audiant legem*, flecti conoluerunt, sed indurarunt.

*Adeps*, אֵדֶךְ, πικελή, σέας. Pinguedo partibus corporis, præsertim intimis, adhærens, nec sensui obnoxia, Ps. 119. 70. *Pinguet est cor illorum sicut adeps*, spissum, durum, nihil lentiens. Deinde est signum vitæ lautæ & securæ, Ps. 73. 7. *Oculus eorum exiit præ adipe*.

*Advesperascit*, עָרַב, πρὸς ἑσπέραν ἔστι. Esai. 24. 11. *advesperascit omnis letitia*, incipit declinare solis instar ad occasum ver-gentis, & desinit in tenebras tristitiæ.

*Adulter*, אָנָן, μοιχός, & *Adultera*, אֵשֶׁת מוֹיְחָלִים. Con-  
 jux cum altera conjuge consuefcens. Designat I. amicum mundi,  
 deficientem à Deo, Jacob. 4. 4. *Adulteri* & *adultera*, nescitis  
 amicitiam mundi esse inimicitiam cum Deo? II. Cultorem idolorum,  
 Esai. 57. 3. *Semen adulteri*, Jer. 23. 10. *Terra est repleta adulteris*, Ezech.  
 16. 38. *Judicabo te judiciis adulterarum*, Conf. vl. 36. *Adulter* q. ad al-  
 terum. Sic idoli cultor à Deo vero abit ad alium qui Deus non est.

*Adulterium*, אֲדוּלְטֵרִים, μοιχεία. *Cultus idolorum*, Jer. 13. 27.  
*Adulteria tua*, & *exultationes tue*, *feditas fornicationis tue super colles*,  
 Conf. vl. 25. *Hof. 2. 2. Ipsa non est uxor mea, neque ego vir ejus, ut au-*  
*ferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio uberum suo-*  
*rum.*

*Adulteror*, אָנָן, μοιχόομαι, μοιχείω. *Idola colo*, Jer. 3.  
 9. *Adulterata est cum lapide & ligno*, Ezech. 16. 32. *Mulier adulterans*  
*pro viro suo alienos suscipit*, V. vl. 31. *Apoc. 2. 22. adulterantes cum Jesa-*  
*bele. Deus solus est noster maritus, & Christus solus noster spon-*  
*sus: quisquis ergo Deum & Christum deserit, alterique Deo vel*  
*Christo adhæret, is adulterium committit.*

*Advocatus*, παρακλητος. *Causam alterius agens, formul-*  
*lam loquendi vel scribendi suppeditans. Est cognomen Christi,*  
*1. Joh. 2. 1. & Spiritus S. Joh. 14. 16. nam ille causam nostram agit*  
*apud Patrem, & hic precandi dicitur formulas.*

*Adytum*, אֲדִיטוּם, אֲדִיטוּם, קֹדֶשׁ הַקֹּדְשִׁים, ἁγίασμα, ἁγίασμα  
 ναὸς templi pars intima & sanctissima, sedes oraculi, locus in  
 quo habitat אֱלֹהֵינוּ sermo ille Patris. *Imago cœli*, Pl. 28. 2.  
*Adytum sanctitatis tue.*

*Egyptus*, מִצְרַיִם, ἄιγυπτος. *Regio inter Africam & A-*  
*siam media, in qua populus Israeliticus diu fuit peregrinatus, &*  
*à Rege Pharaone duriter habitus. Imago regni Antichristiani, in*  
*quo testes Jesu Christi tenentur captivi, & miserè vexantur, Esai.*  
*19. 1. seqq. &c. 30. 2. & 31. 1. Apoc. 11. 8. Urbis magnæ quæ spirituali-*  
*ter dicitur Sodoma & Egyptus.*

*Aer*, אֵר, ἀήρ. *Sedes regni inferi, spirituum malignorum,*  
*Eph. 2. 2. Secundum principem cui potestas est aëris, Eph. 6. 12. adver-*  
*sus spirituales malitias in aëreis. Typus Ecclesiæ Antichristianæ, sicuti*  
*cœlum est typus Ecclesiæ veræ, Apoc. 9. 2. Obscuratus est sol &*

aer à fumo putei, Apoc. 16. 17. *Septimus Angelus effudit phialam suam in Æreum.*

*Æs*, אַרְזֵן, χαλκός. *Æs* est metallum durum, firmum, vocale, auro argentoque vilius, Deut. 28. 23. *Cælum æreum* est cælum durum, siccum, nullam dans pluviam, Lev. 26. 19. *Dabo terram vestram sicut æs*, duram efficiam, sterilem & carentem succo vitali, Ezech. 22. 18. *Omnes sunt velut æs*, duri, contumaces. II. Ezech. 1. 7. *Pedes eorum scintillant ut æs politum*: sunt firmi pedes sanctorum in viis Dei, & conspiciuntur ab aliis vestigia piorum lecturis. Conf. Dan. 10. 6. III. 1. Cor. 13. 1. *factus sum æs resonans*, vox prætereaque nihil. IV. Dan. 2. 32. *Venter statuæ & femora ejus ærea*, Monarchia græca, ordine tertia, erit Chaldæa & Persica vilior.

*Æstuo*, נִכְמַר, ταράσσομαι, σσερέφομαι. In æstu est motus particularum vehementissimus, quare æstuarum sumitur pro vehementer moveri, Gen. 43. 30. *Æstuebant miserationes ejus*, Hof. 11. 8. *Æstuarunt pœnitudines meæ.*

*Æstus*, אֶרְוָה, אֶרְוָה, ἄριστος, Esr. 10. 14. *Æstus iræ*, ira vehemens, Ps. 6. 2. *Ne corripias me in æstu tuo.* II. Vehemens studium, Ps. 76. 11. *Æstus hominis confitebitur te*, magna animi contentione nomen tuum in orbe annunciabunt.

*Afflatus*, נִשְׁמָה, πνοή. Figura divinæ omnipotentiae, Job. 32. 8. *Afflatus omnipotentis fecit eos intelligere.* Nisi forte intelligatur ipse Spiritus sanctus, Job. 33. 4. *Spiritus Dei fecit me*, & spiraculum vel, *afflatus omnipotentis vivificavit me.* Conf. Joh. 20. 22.

*Ager*, אֲדָמָה, ἀγρός. Terra semen recipiens, figurat mundum cui committitur semen Evangelii, & qui non modo fructum, triticum, sed & spinas profert, Matth. 13. 27. *Nonne bonum semen seminasti in agro tuo? unde ergo habet zizania?* vs. 38. *Ager autem est mundus.* Deinde adumbrat Ecclesiam veram, è suscepto semine bonas fruges proferentem, Ps. 96. 12. *Exultabit ager*, Matth. 13. 44. *Simile est regnum cælorum thesauro occultato in agro, emitq; agrum illum.* Dominante Antichristo veritas salutaris latet in Ecclesia vera, cui bonis omnibus venditis sese associat amator veritatis, subducens se ex cœtu Antichristiano, quod tempore Reformationis maximè contigit. Luc. 15. 15. *Filius prodigus missus in agros*

ad pascendum porcos, est imago gentium veritatem cœlestem negligentium, & mundi voluptates sectantium, sicut filius natu major agens in agro, designat judaicam nationem; Cananææ terræ deditam, v. 25.

*Agger*, אגרה, τειχος, διόδος. Via munita, aggesta, Esai. II. 15. *Eritq; agger residuo populi qui relinquetur ab Assur.* Invenient viam paratam veniendi in regnum cœlorum, Esai. 40. 3. *Rectum facite aggerem Deo nostro, removete obstacula, per quæ Rex gloriæ nequit in hominum animos intrare.*

*Aggravo*, הכבד, הכבד, βαρύνω. *Aggravare cor suum*, Exod. 8. 15. 1. Sam. 6. 6. est pertinaciter resistere, animum facere refractarium, ut flecti vel trahi ad Deum nequeat, sicuti onus grave difficulter loco movetur, Zach. 7. 11. *Aures suas aggravarunt ab audiendo.*

*Agnus*, אילן, πρόβατον, αμνός, άρνιον. Pecus sacrificio quotidiano & epulo paschali destinata, typus Christi pro nostris peccatis mactati, Joh. 1. 29. Apoc. 5. 12, 13. *Agnus habens cornua septem*, v. 6. est Christus robur & potestatem exercens in septem temporum Ecclesia, Apoc. 13. 11. *Bestia ascendens è terra, habens duo cornua agni*, est Hierarchia Ecclesiastica, Clerus adulteratus, ligandi & solvendi potestatem exercens, vel dominans Latinis & Græcis, itemque falsis Christianis hujus & futuræ vitæ, 1. Petr. 1. 19. *Redempti sanguine pretioso agni integri & immaculati.* II. Agnus est figura hominis regeniti, Esai. 11. 6. & 65. 25. *Lupus & agnus una habitabunt*, pii & impii erunt mixti in una societate visibili, postquam imperium Romanum susceperit religionem Christianam. Esai. 5. 17. *Agni pascentur*, pii saturabuntur bonis N. T.

*Agricola*, אכר, אגב, γεωργός, άροτήρ. Cultor agrorum, denotat præconem verbi Divini, ministrum Ecclesiæ, Esai. 61. 5. *filii alienigenæ erunt agricola vestri*, inter gentes à Deo usque huc alienas erunt Doctores salutem populi judaici curantes, ut fructus fidei & respicientiæ in agro Ecclesiæ Christianæ proferat. Matth. 21. 33. seqq. Agricola quibus Deus vineam elocavit, sunt proceres Judaici, Profetas & Filium Dei occidentes, v. 41. *Vineam elocabit aliis agricolis, gentilibus.*

*Ala*, אבר, אברה, כנף, πτερυξ, πτερυγιον. I. Ala sunt instru-

instrumentum volandi, eoque medium celeritatis. Pf. 139. 9. *Affamere alas aurora*, est ea celeritate moveri, qua radii auroræ ab oriente versus occidentem feruntur. Pf. 104. 3. *Deus ambulat super alas venti*, moderatur impetum celerum ventorum. Apoc. 9. 9. *Ala locustarum* innuunt celeritatem satellitum Antichristi. II. Sunt imago divinæ custodiæ, quia sub alis suis gallina pullos defendit contra aeris injurias & aves rapaces, Matth. 23. 37. Pf. 91. 4. *Ala sua teget te, & sub alis ipsius eris securus*. Esai. 18. 1. *Væ terra obumbrata alis que sunt ultra fluvios Cuschi*, væ Judæis sperantibus protectionem ab Ægyptiis & Æthiopicibus, Esai. 36. 6. & 37. 9. III. Alam vestimenti expandere super feminam, est eam ducere uxorem, Ruth. 3. 9. Hinc Ezech. 16. 8. *Expandi alam meam super te*, feci te sponsam meam. Dan. 9. 27. *Ala abominationum* sunt Judæi Zelotæ, templum protegentes & sanctuarium occupantes, sed abominanda in eo patrantes facinora. Conf. Matth. 24. 15. IV. Esai. 6. 2. Seraphim duabus alis tegebant faciem, & duabus pedes, ad indicandum pudorem & modestiam, Ezech. 1. 11. V. *Ala evulse leonis*, Dan. 7. 4. sunt signum imminutæ potentæ regni Babylonii sub Evilmerodacho & Belfazare.

*Albus*, לבן, λευκός. Albedo est color pulcher, lucidus, purus, jucundus, atque adumbrat α. innocentiam, sanctitatem. β. gloriam, honorem. γ. lætitiā, hilaritatem, Pf. 51. 9. *Lava me, & præ nive albus fiam*, purga me sanguine Messia, & virtute Spiritus sancti, ita innocens & sanctus ero. Esai. 1. 18. *Si fuerint peccata vestra velut coccinum, albescent tanquam nix; si fuerint rubra tanquam vermiculus, velut lana erunt alba*. Apoc. 20. 11. Solium album est solium justitiæ & majestatis, Apoc. 2. 17. Dare calculum album, est absolvere ab accusatione, innocentem declarare. *Albe vestes*, Apoc. 3. 4, 5, 8. *alba stola*, Apoc. 6. 11. testibus Jesu Christi promissæ & datæ, designant eorum justitiā, hilaritatem & gloriam. Apoc. 6. 2. & 19. 11. Christus dicitur insidere equo albo, ejusque exercitus sequi super equis albis, Apoc. 19. 14. ut innuatur, ipsum cum populo suo hostes prælio victurum & de iis triumfaturum esse, nam Romanorum currus triumphales trahebantur ab equis albis, Cant. 5. 10. *Dilectus meus albus, rubicundus*, Apoc. 1. 14. *Capilli ejus albi ut lana alba, ut nix*. Dan. 7. 9. *Vestimentum ejus album ut nix.*  
Alo,



*Ala*,  $\aleph$ ,  $\tau\rho\epsilon\phi\omega$ . Nutrio per doctrinam salutarem, Apoc. 12. 14. *ut alatur ibi per tempus, & tempora, & dimidium temporis.*

*Alpha & Omega*,  $\alpha. \omega.$  est litera prima & ultima in alphabeto græco, Apoc. 1. 11. *Ego sum  $\alpha.$  &  $\omega.$  primus ille & ultimus, in existendo, in loquendo.* Hebraei hoc sensu coronam secundam, sapientiam vocant  $\aleph$ , Esai. 44. 6. *Ego primus, & ego novissimus.* Conf. Esai. 48. 12.

*Altare*,  $\aleph$ ,  $\theta\nu\alpha\sigma\iota\sigma\gamma\iota\sigma\tau\alpha\nu$ . Geminum erat in templo Hierosolymitano, holocausti unum, suffitus alterum, Exod. 27. 1. & 30. 1. adumbrabat utrumque divinam Christi naturam, quæ pretium dat victimæ & orationi naturæ humanæ, Hebr. 13. 10. *Habemus altare de quo edendi jus non habent fervientes tabernaculo,* Apoc. 6. 9. *animæ mactatorum propter verbum Dei, dicuntur esse sub altari per respectum ad morem leviticum quo pecudes victimales mactatæ jaciebantur ad pedes altaris,* Apoc. 8. 3. *Angelus stetit ante altare habens thuribulum aureum, instar sacerdotis suffitum incenditis in V. T. Cocceus intelligit Angelum federis.* Altaria in N. T. significant regiones, vel urbes, in quibus victima Jesu Christi cognoscitur, & piæ preces ad Deum funduntur, Ps. 84. 4. *Altaria tua Jehova exercituum,* Esai. 19. 19. *In die illa erit altare ipsi Jehova in medio terre Ægypti.*

*Amarus*,  $\aleph$ ,  $\pi\alpha\rho\acute{o}s$ . Amaritudo, sapor ingratus, est figura injucunditatis, item, inquietis, tristitiæ, iræ, Deut. 32. 32. *Botri amaritudinum sunt opera mala, Deo displicentia.* Job. 7. 11. *Amaritudo animæ est tædium, molestia vitæ,* Exod. 1. 14. *Amaram fecerunt vitam eorum,* Prov. 27. 25. *filius stolidus amaror matri suæ,* Gen. 49. 23. *Amaritudine affecerunt eum.*

*Angelus*,  $\aleph$ ,  $\alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\acute{o}s$ , Malach. 3. 1. Legatus, nuncius Dei, *ecce ego mitto Angelum meum ante faciem meam,* Johannem B. legatum, nuncium meum. Eccl. 5. 5. *Ne dicas coram Angelo, errorem esse: sacerdoti noli persuadere, ignorantia te peccasse, quod sciens patraisti.* Apoc. 1. 20. *Angeli septem Ecclesiarum sunt doctores, Antistites illarum, quatenus verbum Dei annunciant.* 1. Cor. 11. 10. *Mulier debet habere potestatem in capite propter Angelos.* Secundum Cl. Lighfootum Pauli mens est, mulierem posse faciem suam nudare, velum remove, non modo coram marito suo, sed & coram

ram nunciis desponsationum, quos Hebræi vocant שְׂלֵמִים  
 מִשְׁרָפִים: quosdam enim uxorem sibi per se, quosdam per legatos desponsare. Apoc. 9. 11. *Angelus abyssi*, est Antichristus à Satana missus ad coetum suum ex inferis oriundum & tendentem ad inferos. v. 14. Quatuor Angeli alligati ad magnum Euphratem Coccejo sunt Principes quatuor Regnorum Babylonis mysticæ, Galliarum, Hispaniarum, Italiae, Germaniarum. Medo, praefecti quatuor sultaniarum Turcicarum, Bagdadi, Caesareae Cappadociae & Iconii, Alepi, & Damasci. Vid. *Euphrates*.

*Angulus*, כַּנֵּה, γωνία, Zach. 10. 4. *Ex ipso angulus exhibit*, è Juda, vel Christiana Ecclesia removebitur putatitius ille angulus, oppositus Christo lapidi angulari vero, portanti domum Dei, Pl. 118. 22. Eph. 2. 20.

*Animal*, חַיָּוִת, ζῷον. Est figura hominis per animam sanctam Deo viventis, *Animalia quatuor* ab Ezechiele c. 1. 5. & Johanne, Apoc. 4. 6. visa, sunt testes Jesu Christi, sanguine ipsius redempti, Apoc. 5. 8. 9. ut homines improbi nominantur *bestiae*, ζῷα ἀλογα, 2. Petr. 2. 12. Jud. vs. 10. *animantia bruta*, quia non habent mentem vel Spiritum Christi, 1. Cor. 2. 16. Animal Latinis ab anima, Hebraeis & Graecis à vita dicitur. Pii habent animam adagendum à Spiritu S. impulsam, & vivunt Deo. Sunt quatuor, non modo quia virtutem quatuor designatorum animantium, leonis, vituli, hominis & aquilae exercent, sed praesertim quia colliguntur è quatuor mundi plagis.

*Annulus*, חֲתָמִים, σφραγίς, ἀκτύλιον. Ornamentum digitorum, literis aliisque rebus obsignandis inserviens, olim in manu dextera portatum, ponitur pro qualibet re chara, cujus magna geritur cura, Jer. 22. 24. *Si jechonias esset annulus signatorius in dextera mea, inde evellam te*, Cant. 8. 6. *Pone me חֲתָמִים ut annulum signatorium super cor tuum, ut annulum super brachium tuum*.

*Antichristus*, ἀντίχριστος. Christum palam simulans, sed clam abnegans, & odio habens. Tales sunt α. falsi Judaeorum Messiae, qui paulo ante excidium Hierosolymorum se gesserunt pro vero Christo & promisso populi Judaici Liberatore, 1. Joh. 2. 18. *Etiā nunc Antichristi multi cœperunt esse, unde scimus ultimam horam adesse, imminere urbis ruinam, & Reip. Judaicæ destructionem*, vs. 22.

Conf. 1. Joh. 4. 3. 2. Joh. vi. 7. De hisce & Jesus est vaticinatus, Matth. 24. 24, 26. Joh. 5. 43. Complementum narratur à Josepho de bell. Jud. l. 2. c. 23. & l. 7. c. 37, 38. β. Antichristus est qui sedem & munus Christi in societate Christiana invasit, & Christum mentiens reapse inimicitia persequitur, 1. Joh. 2. 18. *Sicut audistis Antichristum venire.* Conf. 2. Thess. 2. 3, 4.

*Antiochus* Epiphanes, Syriae Rex, Danieli קרן ארתת, מצעירה, cornu unum minus quam parvum, græci tamen reddunt κίρας ἐν ἰσχυρόν, cornu unum robustum, depingitur ceu typus Antichristi, Daniel. 8. 9. seqq. Vid. *Institut. Theol.* c. 27. §. 126. 127.

*Antipas*, Αντιπας. Testis Jesu Christi in cœtu Pergameno, Apoc. 2. 13. Est nomen contractum ex Αντιπατεος. Num quis hujus nominis vixerit, neque multum refert, neque satis est certum, quanquam Andreas Casarea Cappadocis Episcopus, seculi IV. scriptor ad h. l. Apocalyps. habet: *Quidam Antipas nomine fortissimus constantissimusque Christi martyr extitit Pergami, cujus ego martyrium olim legi.* In *Bibl. Patr.* t. 5. p. 593. Dubio caret, hunc Antipam esse imaginem testium Jesu Christi pro honore Patris & Filii occumbentium. Cl. *Coccejus* intelligit de adversariis sectæ Arianae, divinitatem Christi æternam sanguine suo confirmantibus sub Imperatoribus Arianis, vel in cruentis Arianorum tumultibus. Henricus *Morus* πᾶς contrahit ex παπατας, ut Antipas sit is qui stat contra Patrem vel Papam, quam interpretationem etiam amplectitur Cl. *Horchius*. Uterque enim periodum Angeli Pergameni ducit ultra Gregorium I. prior usque ad annum 1242. posterior usque ad tempus Reformationis.

*Aperio*, פתח, פתח, ἀνοίγω, διανοίγω. Aperitur janua remoto pessulo, vel clave seram referante. Sponsus ad sponsam, Cant. 5. 2. *Aperi mihi.* Apoc. 3. 20. *Si quis aperuerit ostium.* Joh. 10. 3. *Janitor huic aperit,* ovium pastori. Aperire Christo vel ovium pastori, est ipsum intra animum recipere, remove obstackula nostræ cum illo communionis. Luc. 24. 45. *Tunc aperuit mentem eorum.* Act. 16. 14. *Adaperuit cor ejus,* i. e. dedit facultatem intelligendi & credendi verbum salutis. II. Christus describitur velut ὁ ἀνοίγων, *aperiens ille & nemo claudit, & claudit & nemo aperit.* Apoc. 3. 7. habens

bens potestatem recipiendi in regnum cœlorum, vel ex eo excludendi. Apoc. 9. 2. *Aperuit puteum abyssi.*

*Apis*, אַפִּיס, μέλισσα. Apes sunt animalcula sub ductu Regis evolantia, hominem catervatim & subito invadentia, & aculeo mordaciter pungentia. Figurant exercitum hostilem repente irruentem, & sagittis aliisque armis pugnans sub auspiciis Imperatoris. Esai. 7. 18. *Sibilabit Jehova api quæ est in terra Assur, excitabit Assyrios.* Pl. 118. 12. queritur Christus: *Circumdederunt me velut apes.* Deut. 1. 44. *Amorrhæi persequerentur vos ut faciunt apes.*

*Aqua*, מַיִם, ὕδωρ. Est elementum fluidum, mundans res corporeas sordidatas, rigans loca sicca & æstu torrida, extinguens sitim, campos & agros interdum inundans, suffocans eos qui in aquas profundas submerguntur. I. designat populum, incolas regionis. Nam sicut aqua est congeries multarum particularum aquearum; Ita populus constat ex multis capitibus. Apoc. 17. 15. *Aque quas vidisti, ubi meretrix sedet, populi sunt, & turba, & gentes & lingue.* Pl. 93. 4. *magis quam sonitus aquarum multarum fortis est in excelsis Jehova, fortior tumultibus populorum.* Ezech. 31. 4. *Aque crescere fecerunt eum, populi multi Regem Assyrium elevarunt in majestatis & gloriæ fastigium.* V. 7. *Radix ejus juxta aquas multas.* Apoc. 11. 6. *aquas mutare in sanguinem, est populos bellis cruentis delere.* II. notat Exercitum qui terram subito inundat, instar aquæ. Esai. 28. 17. *Latibulum inundabunt aquæ, Exercitus Romanus penetrabit in loca in quibus eritis occultati.* Jer. 47. 2. *Ecce aquæ ascendunt ab aquilone, & erunt in torrentem, Copiæ Babyloniæ invadent Palæstinam.* III. Calamitates & plagas in quibus homo interit, velut submersus in aquis extinguitur. Pl. 18. 17. *Extraxit me de aquis multis.* Pl. 69. 3. *In profunda aquarum veni.* IV. Sanguinem Christi nos mundantem à peccatis. Ezech. 36. 25. *Spargam super vos aquam mundam.* Hebr. 10. 23. *Abluti corpore aqua pura.* Esai. 12. 3. *Haurietis aquas in gaudio e fontibus salutis, lætantes & gloriantes misericordia Dei, salutem desiderabitis & impetrabitis per sanguinem Christi.* Joh. 3. 5. *Nisi quis fuerit genitus ex aqua & spiritu.* V. Spiritum S. virtute sua nos purgantem è vitiis. Esai. 44. 3. *Effundam aquas super sitientem.* Pl. 65. 10. *Rivus Dei plenus est aquis,*

quis, populus Dei abundat donis Spiritus S. Joh. 7. 38. 39. *Qui credit in me, flumina aquae vivae fluent ex ventre illius.* Hoc autem dixit de Spiritu. Apoc. 22. 1. *Ostendit mihi purum fluvium aquae vivae, procedentem e solio Dei & Agni, Spiritum S. à Patre & Filio missum.* VI. doctrinam Evangelii recreantem animas sitientes annunciatione remissionis peccatorum. Pl. 23. 2. *Ad aquas requietum deducit me.* Esai. 55. 1. *Omnes sitientes venite ad aquas.* Esai. 35. 6. *In deserto eruperunt aquae,* doctrina Evangelii penetravit in regiones verbo Dei antea non cultas. Ezech. 47. 1. *Aquae egrediebantur de sub limine domus ad orientem,* è templo Hierosolymitano dimanavit doctrina Evangelii. Zach. 9. 11. *Emisi vinclos tuos de cisterna in qua non est aqua.* Fideles liberavi à servitute legis, in qua viventes haud audiere latam de peccatis fuso Messiae sanguine deletis doctrinam. Zach. 14. 8. *Egredientur aquae vivae de Jerusalem.* Apoc. 7. 17. *Deducet eos ad vivos fontes aquarum.* Joel. 3. 18. *Omnes rivi Jude fluent aquis.*

*Aquila, 𐤀𐤒𐤀, 𐤀𐤒𐤀.* Anis admodum celeriter volans, & quidem sublimius quam reliquae aves, visu prædita acutissimo, recteque incidentes solis radios ferens, pullos curans diligenter. Conf. Job. 39. 30. 33. Deut. 22. 11. Adumbrat I. hominem regentium qui terram relinquens caelum spirat, illuminatus à Spiritu S. videt mysteria Dei occulta, vivensque in communiione solis justitiae, salutem liberorum suorum curat. Ezech. 1. 10. *facies aquilae quatuor ipsis.* Apoc. 4. 7. *Quartum animal simile aquilae volanti.* II. Exod. 19. 4. *Tuli vos super alas aquilarum,* fecivos populum excelsum, citoque ex Aegypto eduxi. Esai. 40. 31. *Sperantes in Jehova renovabunt robur, ascendent ala sicut aquilae,* Christiani plagis hostilibus non superati extollentur in altum. Dan. 7. 4. *Bestia prima habebat alas aquilae,* Monarchia Babylonia cito fuit in summum dignitatis fastigium evecta. Apoc. 12. 14. *Data sunt mulieri duae ale aquilae magnae;* Ecclesia Christiana iussa est cito migrare in duas partes Romani imperii, Orientem & Occidentem. Erat enim aquila insigne vexillorum Romanorum. Hinc III. notat exercitum Romanum. Matth. 24. 28. *Ubi cunque fuerit cadaver, ibi congregabuntur aquilae;* ubi natio Judæa erit coacta, eo aquilae Romanae advolabunt. Vulgata interpretatio quam & Cl. Coccejus retinuit, est: Licet factus sum cadaver, tamen electi ad me concurrent tanquam ad cibum

cibum animæ. At Cl. Melchioris per cadaver intelligit Christum ex pane factum, & *deroi* reddit vultures, intelligitque asseclas falsi profetæ. IV. Est imago Regis magni & potentis. Nam & avium Rex vocatur. Ezech. 17. 3. *Aquila grandis grandium alarum*, est Rex Nebucadnezar, vs. 12. Ibid. v. 7. *Aquila una grandis magnarum alarum, multarumq; plumarum*, est Rex Ægyptius à quo Judæi auxilium contra Regem Babylonie petebant, vs. 15. ipso Deo interprete. V. Prov. 30. 19. *Via aquile in caelo*, secundum veteres Hebræos est ascensio Messie in caelum, quod & Clarius ad h. l. monet.

*Aquilo*; ΠΕΥ, Βορρῶς, Βορρῶς. Ventus septentrionalis, acerbus & frigidus, qui nubes dissipans aerem serenum & salubrem reddit. Cant. 4. 16. *Surge aquilo*. Intelligitur Spiritus Sanctus, quatenus nos illuminat & nebulas pravæ rationis dispellit, ut læti videamus Deum. Quia *Aquilo atque Auster sunt diversa vocabula*, unius Spiritus S. insinuat dona: *Aquilo*, dum aestuantibus refrigeria prebet. *Auster dum duros*, ad credendum vel benefaciendum resolvit. Justus Orgelitan. ad h. l.

*Aranea*, שַׁכְכֵּי, ἀράχνη. Esai. 59. 5. *Telas araneæ texent*: Subtiles & ingeniosas formabunt de religione disputationes, sed quibus non tegetur nuditas Angeli Laodiceni, vs. 6. Apoc. 3. 17.

*Arbor*, אֵץ, ξύλον, δένδρον. Planta major solidiorq; in altum procrescens, instructa radice, trunco, ramis & foliis, ut avibus nidum, & aestuantibus umbram præbeat, certo tempore ferens fructus: Est I. figura magni Regis vel Principis. Dan. 4. 7. *Videbam Ecce arbor in medio terræ, & altitudo ejus magna*, vs. 17. 19. *Arbor quam vidisti, tu ipse es ò Rex*. Conf. Ezech. 31. 9. 16. 18. II. notat quicquid in regno vel Rep. eminent. Esai. 10. 19. *Et reliquæ arbores sylvæ ejus erunt numerus*, proceres regni Assyrii tam erunt pauci, ut numerari queant. Ezech. 17. 24. *Scient omnes arbores agri, quod ego Jehova depresserim arborem sublimem, & exalta verim arborem humilem*, principes hujus mundi & optimates populi judæici cognoscent, me Regiam stirpem judæorum reddidisse humilem, sed filium Davidis Messiam ex humili statu elevasse in summum dignitatis fastigium, in solum majestatis meæ. Ezech. 20. 47. *Succendo in te ignem, & absument in te omnem arborem viridem*,

*Omnes arbores aridas.* Apoc. 8. 7. *Et tertia pars arborum exusta est, tertia pars Judæorum Romano bello consumpta.* Zacharias c. 13. 8. *Judaicam nationem morte Christi posteriorem in tres dividit partes, quarum duæ succidantur, tertia Deo servetur. Erit enim in tota hac terra, partes duæ in ea succidentur, deficient: tertia autem relinquetur in ea.* Prima, ut arbitror, pars complectitur illos qui cum Rep. interiere Vespasiani Titique ætate: Secunda eos qui post Hierosolymitanum excidium sine Christo & salutis spe quocunque fato occumbunt: tertiam faciunt qui ad Jesum Christum conversi sunt & convertentur. At Cl. Coccejus per partem primam succidendam intelligit synagogam Romanam postquam veri sectatores Christi ex ea exierunt: per secundam illos qui pacem cum Babele mystica moliuntur: & per tertiam eos qui constanter in fide vera manentes servantur. III. Arbor est typus regeniti hominis opera fidei & respicientiæ proferentis. Joel. 2. 22. *Arbores attulerunt fructum suum.* Homo improbus comparatur arbori sterili, mortuæ, radicem non habenti. Matth. 3. 7. *Omnis arbor non ferens fructum bonum exciditur.* Jud. vi. 12. *Arbores emarcide, infrugifere, bis mortuæ, eradicatæ.*

*Arca, ארון, κιβωτός.* Arca federis erat sedes Schechinæ in adyto sanctissimo posita, & à vulgo Israelitico non visa. Apoc. 11. 19. *Tunc apertum est templum in cælo, & visa est arca federis ejus in templo ejus.* Tempore septimo liber erit omnibus in Ecclesiam Dei aditus, & cognoscetur Christus sedens ad dexteram Patris, ad impetrandam propitiationem.

*Arcus, חרב, τόξον.* Instrumentum è quo emittuntur sagittæ ad feriendum homines aut feras. Notat I. media quibus Deus hominem punit, vel regno suo subjicit. Ps. 7. 13. *Arcum suum tetendit, paravit se Deus ad excercendum judicia adversus peccatores.* Habak. 3. 9. *Arcus tuus patefaciendo est patefactus.* Apoc. 6. 2. *Qui insidebat ei, habebat arcum.* Christus Rex triumphans albi equi infessor est instructus mediis populos sibi subjiciendi. II. Sumitur pro robore, potentia & instrumentis bellicis. Ps. 37. 15. *Arcus eorum confringentur.* Zach. 9. 10. *Excindetur arcus belli, regnum Christi propagabitur sine armis mundanis.* Zach. 9. 13. *Jebudam te-*  
ten-

tendi mihi arcum, per Judæos Christi discipulos subiciam regno  
cælorum gentes ceteras.

*Ardor*, ארור, χαῦμα, χόσος. Calor vehemens designat iram Dei, Esai. 33. 14. *Quis nostrum habitabit cum ardoribus seculi? cum Deo irato.*

*Area*, ארן, ἀλών. Receptaculum manipulorum, tritici cum palea, est imago Ecclesiæ visibilis bonos & malos continentis. Joel. 2. 24. *Area implebuntur frumento.* Matth. 3. 12. *Purgabit aream suam.* II. Jer. 51. 33. *Filia Babel est tanquam area, tempus est calcandi eam.*

*Areola*, ארולה, πρῶσις, βόλος. Est portio terræ in horto à ceteris discreta, sata vel serenda. Cant. 5. 13. *Genæ ejus sicut areola aromatum, vel balsami, sponsa laudat genas vel malas sponsi, quæ sibi vehementer placeant, etsi colaphis fuerint contaminatæ.* Cl. Coccejus in malis considerat pilos, aut barbam, atque intelligit pios Christo adherentes. Sic & Philo Carpathius explicat genas & areolas de sanctis qui aromatibus, i. e. virtutibus fragrant. Cant. 6. 1. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolas aromatis, visitavit Ecclesiam constantem ex multis cætibus particularibus.* Marc. 6. 40. *Et discubuerunt secundum areolas.*

*Aresco*, ארש, ξηραίνωμαι. Apoc. 14. 15. *Nam aruit messis terræ, Ecclesia tepida est iudicio matura.* II. Ps. 22. 16. *Arui tanquam testa fortitudo mea. Ardens ira Dei consumpsit robur vitæ meæ.*

*Aridus*, ארש, ξηρός. Carens aqua. Esai. 44. 3. *Terra arida est populus donis Spiritus S. destitutus.* Num. 11. 6. *Anima nostra arida est, caret commodo victu quem vehementer desiderat.*

*Ariel*, ארִיֶּאל, ἀριήλ. Erat dorsum altaris, seu focus super quo victimæ cremabantur, Ezech. 43. 15, 16. sed ponitur propriis Hierosolymis, Esai. 29. 1, 2. *Væ Ariel Ariel, civitas in qua mansit David: etsi incolæ Hierosolymitani instar leonis fortissimi pugnent (nam Ariel est leo Dei fortis) tamen urbs à Romanis occupabitur.*

*Aries*, ארִי, אֶרְיֹוֹ, χρῖς. Animal cornibus robustum, in sacrificiis Deo oblatum, gregemque antecedens. Figurat I. populi ducem, Antistitem. Ezech. 34. 17. *Judicabo inter ovem & ovem, inter arietes & hircos.* Zach. 10. 3. *Contra pastores ardet ira mea, &*  
visi-



visitabo arietes majores. II. hominem qui se Deo consecrat victimam. Esai. 60. 7. *Arietes Nabaioth ministrabunt tibi.* Nabathæi ad Ecclesiam accedent. III. Erat imago regni Persici. Dan. 8. 3. *Ecce aries unus stabat ante fluvium, & ei erant duo cornua.* v. 20. *Aries ille quem vidisti habentem cornua, Reges Mediæ & Persiæ.*

*Armageddon*, ארמגדון, ἀρμαγεδδών. Mons Megidduntis. Megiddo erat opidum tribus Manassis, Judic. 1. 27. reparatum & amplificatum à Salomone, 1. Reg. 9. 15. celebre clade Sisaræ, Judic. 5. 19. fuga Regis Ahasiæ à Jehu fugientis, 2. Reg. 9. 27. & cæde Regis Josiæ contra Ægyptium Regem præliantis, 2. Chron. 35. 22, 23. Apoc. 16. 16. *congregavit eos in locum vocatum Hebraicè Armageddon, faciet ut prælium habeatur in loco, in quo idem eveniet quod evenit ad Megidduntem.* Conf. Zach. 12. 11. *In die illa magnus erit plañtus in Jerusalem, secundum plañtum Hadadrimoniu campo Megiddon.*

*Aro*, ארו, ἀρον. Arans terram proscindit ac præparat ad recipiendum semen ferendumque fruges. I. ponitur pro sauciare, vexare, unde tamen spes fructus. Ps. 129. 3. *Super dorsum meum araverunt aratores, vulnerarunt & miserè vexarunt me.* II. Est parare se ad opus sive bonum sive malum patrandum. Hos. 10. 13. *Arastis impietatem, moliti estis opera mala,* Jer. 4. 3. *Arate vobis arvom, præparate corda vestra ad pietatem.*

*Aroma*, ארומה, ἄρωμα, ἀρωμα. Res suavis & fortis odoris, est typus donorum Spiritus S. bonam famam excitantium. Cant. 4. 14. *cum omnibus præcipuis aromatibus.* Cant. 5. 1. *Collegi myrribam meam cum aromate meo.*

*Arundo*, calamus ארונה, ἀράδωμος. Res fragilis, mobilis. I. Esai. 42. 3. Matth. 12. 20. *Arundinem quassatam non confringet,* populum interitui non minus vicinum, atque est arundo quassata, aut candela fumigans, dum in abjecta servi hominis forma inter illum degit, haud destruet. Ezech. 29. 6. *Baculus arundinis est præsidium debile & fragile, quale Ægyptii Judæis præstitere.* II. Matth. 11. 7. *Num ut videretis arundinem à vento agitatum, hominem in religione dubium & inconstantem?* III. quia ad Nilum procrevit arundo ubertim, ponitur pro Ægypto. Ps. 68. 31. *Increpa bestiam arum-*

*arundinis*, regnum Ægypti. Esai. 19. 6. *Arundo & alga marcescunt*, incolæ Ægypti, siue propriae, siue mysticæ, morientur.

*Ascendo*, אָרַע, ἀναβαίνω. Est ferri de loco inferiore in superiorem, quare ascendere in cælum est exaltari in fastigium honoris, capere incrementum dignitatis. Esai. 14. 13. *Tu dixisti in corde tuo, cælum ascendam.* vs. 14. *ascendam supra altitudines nubis.* Apoc. 11. 12. *Audierunt vocem magnam de cælo dicentem ipsis: Ascendite hic.* *Ascenderuntq; in cælum per nubem*, uti Christus in cælum ascendit postquam munus publicum tribus annis cum dimidio gestum dira morte absolvit, ita Christi testes in mundo evehentur ad gloriam postquam per tres dies & dimidium mortui jacuere. *Hem. Morus.*

*Asinus*, asina, asini pullus, אֵינ, אִתּוֹן, πῶλον, ὄνον. Animal tardum, stupidum sed laboriosum. Esai. 32. 20. *Beati vos qui seminatis super omni aqua, qui propellit pedem bovis & asini.* Pedem asini promovere, est facere ut tardioris ingenii homines proficiant in cognitione veritatis, ut hi qui in Ecclesia portant gravia onera, curriculum laboris alacriter conficiant. II. Gen. 49. 11. *Ligans ad vitem pullum suum, & ad vitem optimam asinae suae filiam.* Coccejo pulli ad vitem alligatio est gentium quæ onus legis non portarunt in Ecclesiam, vel ad Messiam introductio, & filia, asinae sunt Judæi ad Christum conversi. Communior tamen interpretatio intelligit sine mysterio de magnitudine & crassitie vitium tribus Judæ, ad quas asinae queant alligari.

*Aspergo*, נָסָה, רָזַה, רָסַס, ἄσπειρον. Aquam guttatim affundere. Cant. 5. 2. *Capilli mei pleni aspersioibus nocturnis: sectatores mei de me ceu capite pendentes, nocte calamitatum Evangelii causa ingruentium variis malis vexantur.* 1. Petr. 1. 2. *per aspersio-nem sanguinis Jesu Christi.* Hebr. 12. 24. *Sanguine aspersio-nis.* Ritu levi-tico sanguine victimarum & aqua & cinere vaccae rufæ asperge-batur quicquid erat immundum, Num. 19. 4. 13. Hebr. 9. 13.

*Aspis*, אִשְׁפִּי, ἀσπίς. Animal venenosum, callidum & cavernas amans. Est imago fallacis Doctoris venenatam doctrinam docentis. Ps. 91. 13. *Super leonem & aspidem calcabis, triumphabis & de tyranno & de falso profeta.* Esai. 11. 8. *Delectabitur lactens super fo-ramen aspidis, Ecclesia recens è societate Antichristi egressa & lac*  
C  
verbi

verbi divini bibens, oblectabit se intuitu fallacium Doctorum in monasteriis aliisque locis.

*Assur*. אַשּׁוּר, אַשּׁוּר. Filius Semi, Nineves conditor, à quo nomen habet Assyria, regio intra duos amnes, Diavam quæ & Lycus cognominatur, & Adiam conclusa, hodie Curdistan Tavernerio, aliis Diarbeck dicta, ejus caput est Mouful, Nineves umbra, Ottomanicæ subest ditioni. Profetis *Assur* sæpissime ponitur pro amplissima Assyriorum Monarchia decem tribuum Israelis abductione, aliisque cladibus sive datis sive acceptis percelebri. Esai. 10. 5. *O Assur virga furoris mei*. Esai. 52. 4. *Assur pro nihilo oppressit eum, populum meum*. Esai. 31. 8. *Et cadet Assur gladio non viri*, quibus verbis Sennacheribi prædicta videtur clades esse. Zephan. 2. 13. *Perdet Assur, ponetq; Nineven in desolationem*. Cyaxares Medorum Rex & Assyriam vastavit, & Nineven destruxit. Quando autem per tempora Novi Testamenti Assuris fit mentio, commodissime primò Persarum post Turcarum Christianos opprimendum intelligitur imperium. Mich. 5. 5. *Assur quum venerit in terram nostram, & quum calcaverit palatia nostra, & suscitabimus adversus eum septem pastores, & octo Principes hominum*. vl. 6. *Et confringent terram Assur gladio*. Locus difficilis, quem num liceat explicare de Romani Imperii, in quo Imperator & Electores quondam non nisi septem eminent, bellis feliciter contra Turcas, Tataros & Saracenos gestis, lectori cogitandum relinquo. Mich. 7. 12. *Die illo & usque ad te veniet de Assur & urbes munitas, & ab urbe munita & flumen*. Vaticinium itidem obscure, Coccejo triste de irruptione Turcarum usque ad Danubium, Piscatori lætum de propagatione statuti seu verbi divini ab Assyria usque ad loca munita & fluvium. Nam subjectum enunciationis פָּרַח è vl. ii. repetit, Hof. 14. 4. *Assur non liberabit nos*. Haud porro confidemus Assyrii auxilio. Ahasum Regem Tiglatpilesaris contra Syros patrocinium thesauris sacris sibi emisse constat ex 2. Reg. 16. 7. seqq. Verum ætate nostra numerosam Ecclesiam à Turca sibi defensionem promississe, est in vulgus notum. Conf. Hof. 12. 1. Esai. 30. 31. *A voce Jehovæ conteretur Assur*.

*Atrium*, אֲדָמָה, אֲדָמָה. Tabernaculum Moysi & templum Salomonis geminum habebat atrium, exterius quod populo, & interius quod

quod solis Levitis ac Sacerdotibus patebat; illud externam & visibilem, hoc internam invisibilemque figurabat Ecclesiam. Apoc. 11. 2. *Et atrium exterius projice foras, & ne illud metiaris, nam datum est gentibus.* Cœtum Christi nomen temere mentientem ne arbi- treris ad domum Dei pertinere, haud enim patitur, verbum Dei esse fidei morumque regulam: atque externam hanc societatem Christi titulo superbientem non constituunt nisi AntiChristi satellites, paganorum more idola venerantes. Cæterum Atria Dei simpliciter designant cœtus sacros, Ps. 65. 5. *habitare in atriiis Dei est esse membrum Ecclesiæ.* Ps. 84. 3. *Desicit anima mea ad atria Jehovæ,* ardeo totus desiderio communionis sanctorum. Ps. 96. 4. *Introite atria ejus,* populi qui usque huc estis alieni à vero Deo, con- jungite vos cum peculio Christi.

*Avis*, אַיִשׁ, אָוִישׁ, ἄγνός. Alatum animal, celeriter hinc inde per ae- rem volitans, quoddam avium genus & ad cadavera se demittit. Designat α. milites subito ingruentes & prædæ inhiantes. Jerem. 12. 9. *Annōn aves per circuitum contra eam,* hereditatem meam? Apoc. 19. 17. *Dicens omnibus avibus quæ volabant per medium cœli: Adeste.* β. Avis immunda est figura hominis per Spiritum S. & Christi san- guinem à vitiis haud purgati. Apoc. 18. 2. *Custodia omnis avis im- munda.* Post egressum testium Jesu Christi è civitate Antichristia- na non reperiuntur in ea nisi homines peccatis maculati. γ. *Aves cœli semen devorantes,* Luc. 8. 5. notant Diabolum qui auditum ver- bum è corde auditorum tollit, vs. 12. δ. *Aves cœli in ramis arboris habitantes,* Daniel. 4. 9. sunt incolæ regni Babylonii sub præsidio & tutela Nebucadnezaris viventes.

*Aurora*, אֶרְבֹּא, אֶרְבֹּא, ἑσπέρων. Lumen orientis solis designat princi- pium salutaris notitiæ Dei. Esai. 8. 20. *Non est ei aurora.* Esai. 14. 12. *Filius auroræ* dicitur Assyriæ Rex, ceu nobilissimum Regni fidus, è sole genitum. Romanum Papam soli se comparare, observabitur infra ad vocem Sol.

*Aurum*, אֶרְבֹּא, χρυσός, χρυσός. Metallum solidissimum & præ- stantissimum, imago fidei salutaris. Apoc. 3. 16. *Consulo tibi emere à me aurum ignitum ex igni.* Vid. 1. Pet. 1. 7. Esai. 60. 6. *Omnes ipsi de Seba venient, aurum & thus deferent.* Sabæi Christum fide adorabunt. Conf. Ps. 72. 10. 15. Inter merces Babylonis mysticæ & aurum est, Apoc. 18. 12. & 17. 4.

*Auster*, אֶשְׂרָף, אֶשְׂרָף, Ventus meridionalis, pluviam & calorem excitans. Significat S. Spiritum S. qui animam sitientem rigat, & amore Dei incendit, Cant. 4. 16. *Veni Auster*. 2. Ægyptum Judææ meridionalem. Dan. 11. 5. 6. *Rex Austri*, Rex Ægypti, Ptolemaeus, Lagi filius, 3. Tractum Judæ meridionalem. Obad. v. 19. *Australes hereditabunt montem Esavi*, Idumæam montosam sibi subjicient Judæi. 7. *Regina Austri* est Regina Meroës Æthiopicæ, Nilo einctæ, quæ prius dicebatur אֶשְׂרָף à אֶשְׂרָף Chusi ex filio Rebema nepote. Et Josephus Reginam ex Æthiopia venisse testatur. Atque Æthiopia habebatur finis terræ, non Arabia, ultra quam erat Persia, India &c. Bochart.

*Babylon*, בָּבֶל, Βαβυλών. Urbs Chaldææ, sedes Regum Babyloniorum, dives, mercatui, luxui & idolorum cultui dedita, quæ populum Judaicum aliquamdiu tenuit captivum, est imago civitatis Antichristianæ. Apoc. 14. 9. & 18. 2. *Cecidit, cecidit Babylon magna*. Esai. 21. 9. ubi prædicitur occupatio Babylonis per Cyprium, Apoc. 16. 19. *Babylon magna venit in memoriam ante Deum*, Apoc. 17. 5. *In fronte sua scriptum nomen: Mysterium, Babylon magna*. Babylone erat templum Beli, seu Nimrodi conditoris. In societate Antichristiana adoratur Antichristus, ceu Deus, Apoc. 13. 15. In Provincia Babylonis Rex Nebucadnezar statuit statuam adorandam, Dan. 3. 1. in Babylone mystica pariter extat adoranda imago sanatæ bestiæ, Apoc. 13. 14. 15. Papa ad exemplum Romanorum Imperatorum divinos sibi vendicans honores. E Babylonia captivitate populus Judaicus tandem fuit emissus: sic & populus Dei Reformationis tempore è civitate Antichristiana exiit, Apoc. 18. 4. Babylon sibi perpetuum pollicebatur dominium, Esai. 47. 9. 10. diversis tamen vicibus ita est vastata, ut maximæ urbis hodie nonnisi rudera supersint. *Partem urbis Persæ diruerunt, partem tempus consumpsit & Macedonum negligentia, maxime postquam Seleucus Nicator Seleuciam ad Tigrim condidit, stadiis tantum trecentis à Babylone distitam*, Strabo apud Bochart. 1. 4. c. 15. Romam cum Antichristiana Monarchia eversum iri, etsi æternam jactet potentiam, constat ex Apoc. 18. 7. seqq. *Væ civitas illa magna Babylon, civitas illa fortis, quoniam una hora venit Judicium tuum*.

*Balaam*, בלעם, Βαλαάμ, Profeta falsus & malignus, mercedem injustitiae amans, populo Israelitico offendiculum ponens, ex vi vocis Dominus populi quasi כעל עי. Imago cleri Antichristiani, avari, Christianos ad falsorum numinum cultum seducen-  
tis, injustoque dominio opprimentis. Apoc. 2. 14. *Habes iste tenentes doctrinam Balaam qui docebat Balakum projicere offendiculum coram filiis Israelis.* 2. Pet. 2. 15. *Relicta via recta aberrarunt, secuti viam Balaam, filii Bosor, qui mercedem iniquitatis dilexit.* Jud. 5. 11. *Deceptione mercedis, qua deceptus fuit Balaam, effusi sunt.*

*Bestia*, חיה, חיה, 9ελιον. Animal brutum & ferum, imago regni vel societatis, ficta numina colentis, & mentem Domini, Spiritum S. non habentis. Dan. 7. 3. *Quatuor bestiae grandes adscendebant e mari.* 5. 17. *ha bestia magna, quae sunt quatuor, quatuor sunt Reges, qui exurgent ex terra.* 5. 23. *bestia quarta regnum quartum.* Figuratur imperium Babylonium, Persicum, Graecum & Romanum, Apoc. 13. 1. seqq. *Bestia e mari adscendens, septemq; capitibus & decem cornibus munita est Imperium Romanum idololatricum partim sub paganis Imperatoribus, partim sub Antichristo, sive per omnia secula quibus fuit idololatricum, uti habet Morus.* Apoc. 13. 11. seqq. *Bestia bicornis e terra adscendens & loquens ut Draco est societas falsorum doctorum e visibili Ecclesia oriunda, hierarchia Antichristiana, Clerus Christiano Paganus, leges & doctrinas idololatricas edens.* Apoc. 17. 3. *Bestia coccinea est Romanum Imperium sub Antichristo in paganisimam a pura religione relapsum, habet enim purpuratum senatum, rubetque effuso testium Jesu Christi sanguine.* 5. 3. *Bestia quam vidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abyssu.* Ex Mori sententia Angelus respicit ea tempora, quibus Romanum Imperium cessabat esse Idololatricum, & praemonet de mira mutatione imperii pure Christiani, idolorumque cultu nondum conspurcati: purum scilicet hunc felicemque statum esse abiturum, bestiamque revicturam, & in scenam rursus prodituram, h. e. imperium denuo idololatricum evasurum. Certè Romanum imperium paganicum erat bestia, tum abrogato idolorum cultu, & introducta pura Christi religione non erat bestia, sed animal mente Christi praeditum, at factum est rursus bestia, quando imagines & alia numina falsa colere incepit.

cepit. Ibid. *videntes bestiam quae erat, & non est, & tamen est.* Imperium Christiano paganum est quidem bestia, at non ea quae fuit dum Martem Venerem, &c. coluit: Sunt enim mutata cultus idololatriae objecta. Nempe Imperium Christiano paganum est perfecta imago imperii pagani. v. 11. *Bestia quae erat, & non est, & ipse octavus est.* Morus recte per Synecdochen poni bestiam pro ejus capite exillimat: nam si octavus Rex est septem capitibus, tota esse bestia haud potest. Coccejus de Imperio Franco Germano intelligit. Apoc. 19. 19. *Et vidi bestiam, & Reges terrae & exercitus eorum congregatos.* v. 20. *Et apprehensa est bestia.* Apoc. 13. 4 & 20. 4. *adorare bestiam est Romanum imperium credere aeternum, invictum, omnipotens.* De bestiae imagine vid. ad vocem *Imago.* Quemadmodum in animante partes sunt distinctim formatae, quae ita ad se invicem ordinantur, ut per vim illam quae in cerebro residet, ope Spirituum per omnia pervalentium, in bonum totius singulae sunt movendae: ita in Politia diversi hominum ordines gradusque sunt, qui una communi continentur lege (quae adiustat vitam spiritusque est corporis politici) qui nutu ac imperio summae potestatis, quae hujus regni vel politicae caput est, in bonum publicum movendi sunt ac dirigendi. Henricus Morus.

*Blasphemia, βλασφημία, βλασφημία.* Laesio famae, accipitur pro cultu idolorum qui reapse vero Deo est contumeliosus. Apoc. 13. 5. *Loqui blasphemias, est jubere cultum fallorum numinum, ac vero summoque Deo detrahere, cultum illius edictis vetare.* Apoc. 17. 3. *bestia plena nominibus blasphemiae ipsi Grotio est Romanum imperium plenum Diis qui ita dicebantur in veri Dei injuriam.*

*Bos, βοῦς, βόσ, βόσ.* Pecus victimale, validum ad laborem & arandis agris adhiberi solitum. Est figura Christiani Deo se voventis, & pro Evangelio propagando multos labores tolerantis, imo & maclandi propter nomen Jesu. Ezech. 1. 10. *Facies bovis a sinistra quatuor ipsi.* Esai. 32. 20. *Immittentus pedem bovis, dantes operam, ut ager Ecclesiae aretur colaturque a praconibus verbi & aliis.* Praeceptum legis, bovi trituranti non obligabis os, Paulus ad ministros Evangelii transfert, 1. Cor. 9. 9. Esai. 30. 34. *Boves & pulli asinorum operantes terram comedent farraginem mundam.* Coccejus proprie sine figura de fertilitate terrarum intelligit.

*Botrus, βότρυς, βότρυς.*

**Botrus**, בֹּטְרוֹ, ὁ βότρος. Fructus vitis, latinis *racemus*. Figurat α. fructus fidei ac respicientiæ. Mich. 7. 1. *Non est botrus ad comedendum*, terra haud profert fructus fidei ac respicientiæ. β. Ut viti, sic & botro Christus comparatur. Cant. 1. 14. *Dilectus meus mihi botrus copher in vineis Engeddi*, exhilarat me instar præstantissimi vini odoriferi. γ. Sicut Antichristus est vitis Sodomæ, ita sectatores illius vocantur botri ressecandi & calcandi. Apoc. 14. 18. *Vindemia botros vineæ terræ, nam maturæ sunt uvæ ejus*; excinde Antichristi asseclas, maturos jam iudicio adversus ipsos exercendo. δ. Deut. 32. 32. *Botri amaritudinum sunt opera mala, Deo ingrata, nam uvæ dulces palato sunt acceptæ.*

**Bozra**, בּוֹצְרָא, βοῤῥα. Idumææ caput valde munitum adumbrat Hierosolymas, postquam Judæi Idumæique in unam gentem coaluere. Esai. 34. 6. *Sacrificium Jehovæ in Bozra, & mactatio magna in terra Edom.* Esai. 63. 1. *Quis iste qui venit de Edom, rubras vestes habens de Bozra?* Secundum Coccejum representatur heic Christus patiens & sanguinem suum pro filiis Dei fundens. An forte, sumens vindictam de Judæis per Romanos, eosque magno numero interficiens?

**Brachium**, יָד, βραχίον. In brachio robur est hominis, unde & pro robore, potentia sumitur. Pl. 98. 1. *Servavit eum dextera ejus & brachium sanctitatis ejus.* Esai. 53. 1. *Cui brachium Jehovæ est revelatum?* Quis per Dei omnipotentiam ad Christum in vili carne præstitum est tractus? Esai. 63. 5. *Salvavit me brachium meum, robore meo victor evasi.* Zach. 11. 17. *Gladius super brachium ejus - brachium ejus arescendo arescet.* Copiæ militares pastoris stulti qui Hieronymo apud Coccejum Antichristus est, delebuntur, Reges ac Principes potentiam Papæ fulcientes, bellis atterentur. Dan. 11. 22. 31. *Brachia sunt exercitus robusti ac fortes Antiochi Epiphanis.*

**Buxus**, בּוֹסְמָן, βόσμος. Buxus cedrorum genus præstantissimum, arbor lignum habens solidissimum, neque cariem neque vetustatem sentiens, & folia amœnè viridia. Depingit hominem in fide salvari constanter perseverantem. Esai. 41. 19. *Dabo in deserto abietem, ulmum & buxum pariter.* Esai. 60. 13. *Gloria Libanon ad te veniet, abies & buxus, & pinus simul, ad decorandum locum sanctuarii mei.* Ad Christum & Ecclesiam tempore ultimo accedent



dent Judæi, qui uti jam sunt gramen aridum, ita olim fient arbores virides. Vide *Libanon*.

*Byssinum*, *Byssus*, כִּבְשֵׁת, βίαιος, βύσσινον. Lini genus tenuissimum ac nobilissimum. Recensetur inter merces Tyri, Ezech. 27. 16. & Babylonis mysticæ, Apoc. 18. 12. Et v. 16. *Vah, civitas illa magna, que amicta erat bysso.* Romanæ Ecclesiæ sacerdotes gestare *Albulas* subtili è lino confectas patet. II. Vestis byssina est signum justitiæ. Apoc. 19. 8. *Et datum est illi (uxori agni) ut cooperiat se byssino puro & splendido: byssinum enim sunt justificationes sanctorum.* v. 14. *Exercitus in cælo sequebantur Eum in equis albis, vestiti byssino albo & mundo.*

## C.

*Cadaver*, נבלה, πτώμα. Animal mortuum, figura α. hominis pii occisi, aut humi jacentis. Esai. 26. 19. *Vivent mortui tui cum cadavere meo resurgent.* Testes Jesu Christi ab Antichristo oppressi, & velut mortui in sepulcro detenti, prodibunt in lucem. Apoc. 11. 9. *Et cadavera eorum non sient poni in monumenta, quia resurgere in vitam debent,* v. 11. *Privatio sepultura significat spem reviviscendi,* Achmetes apud Henr. Morum. β. Notat θυσιασμόν, victimam idolo oblatam. Jerem. 16. 18. *Contaminaverunt terram meam cadaveribus abominationum suarum.* γ. hominem aut populum interitui vicinum. Matth. 24. 28. *Ubicunq; fuerit cadaver, illic cogentur aquile.*

*Cado*, נבל, πτωω. Deturbor è statu bono, felici ac sublimi in malum, infelicem & humilem. Esai. 14. 12. *Quomodo cecidisti de cælo, Lucifer?* Apoc. 8. 10. *Cecidit è cælo stella magna.* Apoc. 9. 1. *Vidi stellam è cælo cecidisse in terram.* Contraria dictio est ascendere in cælum, de qua supra. Apoc. 18. 2. *Cecidit, cecidit Babylon.*

*Cæcus*, τυφλός, ער. Designat α. hominem rudem, nihil scientem aut intelligentem. Esai. 42. 18. 19. *Cæci recipite visum, ut videatis. Quis est cæcus nisi servus meus?* v. 16. *Ambulare faciam cecos per viam quam non noverant.* Gentes à via salutis alienas illuminabo cognitione Christi, quia Judæi, populus meus, sunt cæci, & videre Messiam nolunt. II. Cæcus dicitur qui non observat ea quæ fiunt. Esai. 56. 10. *Speculatores ejus cæci.* Apoc. 3. 17. *Neque nosti te esse cæcum.*

Cain,

*Cain*, קַיִן, קַיִן. Filius Adami Deo per sacrificium incruentum oblatarum frugum placere volens, & fratris interfector. Jud. 7. 11. *Caini viam insistant*, confidunt externo cultu, & fratribus vim inferunt.

*Calamus*, canna, קַלָּמִים, κάλαιμοι. Instrumentum mensurandi, Ezech. 40. 3. 5. adumbrat verbum Dei, quo metimur Ecclesiam, Dei domum. Apoc. 11. 1. *Datus est mihi calamus, similis virgæ*. 2. Est frutex odorifer. Cant. 4. 14. *Nardus & crocus, calamus & cinnamomum*, innuuntur virtutes suavis Deo hominibusque odoris, aut secundum Philonem Carpathium, ipsi fideles fructus Deo gratos proferentes.

*Calculus*. ἰσφῶ. Medium ferendi suffragii, Apoc. 2. 17. *Dabo illi calculum album*, justum, innocentem eum declarabo. Mos erat antiquis, niveis atrisque lapillis. His damnare reos, illis absolvere fontes. *Ovid. Ibid. In calculo nomen novum*. In suffragiis comitorum nomen ejus cui favebatur calculo inscribebant. *Zegerus*. Sub Antichristo testes Jesu Christi impietatis immaniumque errorum postulantur, hæretici multisque aliis contumeliosis nominibus appellantur. Sed Christus eos absolvit, justos declarat, & nomine filiorum Dei, heredum cæli donat.

*Caligo*, אַפְלָרָה, עֲרֵפֶל, אַפְלָרָה, γνόφος, σκότος. Est α. imago calamitatis. Esai. 59. 9. *Expectavimus lucem, & ecce caligo*. Joel. 2. 2. *Dies tenebrarum & caliginis*. β. Spissæ ignorantia. Esai. 29. 18. *De caligine & tenebris oculi cæcorum videbunt*. Gentes illustrabuntur notitia Evangelii. Esai. 60. 2. *Ecce tenebræ operient terram & caligo populos*.

*Calvitium*, קַלְוִיטִיּוּם, φαλάκρομο. Luctus & ignominia signum. Esai. 15. 2. *In cunctis capitibus ejus calvitium*. Jer. 48. 37. *Omne caput calvitium*. Moabita ab Assyriis & Chaldæis victi lugebunt, & contumelia afficientur. Coccejus tamen per Moabitas intelligit Judæos à Christo visitatos.

*Candelabrum*, מְנֹרֶת, λυχνία. In tabernaculo erat candelabrum aureum sex calamis & septem lampadibus instructum, quæ die ac nocte purissimo oleo ardebant, Exod. 25. 31. seqq. In templo Salomonis pendebant decem candelabra, quinque ad dexteram, totidem ad sinistram, 1. Reg. 7. 49. Est effigies Ecclesiæ à

Spiritu S. illuminatæ, lumenque bonorum operum in tenebroso mundo diffundentis. Apoc. 1. 12. *Vidi septem candelabra aurea.* v. 20. *Candelabra septem quæ vidisti, septem Ecclesie sunt.* Apoc. 11. 4. *Duo testes sunt duo candelabra in conspectu Domini terra posita.* Zach. 4. 2. *Ecce candelabrum aureum totum, & lenticula super caput ejus, septemque lucernæ super illud, septem, & septem infusoria lucernis ipsis.* Repræsentatur Ecclesia N. T. in qua lucet mundi lux, Joh. 8. 12. Aurum, candelabri materia, notat fidem Ecclesiæ auro comparatam, Apoc. 3. 18. imò auro pretiosorem, 1. Petr. 1. 7. Lenticula, rotundum vasculum, è quo per tubulos vel infusoria oleum in lucernas defluit, figura est Christi, è quo ceu capite nostro gratia Spiritus S. in Ecclesiam influit. Candelabrum juxta lenticulam habet septem lucernas. Ecclesia tota novi testamenti ex septem constat agminibus, sive ex Ecclesiis septem distinctorum temporum. Septem lucernæ habent septem tubulos, septem infusoria per quæ oleum accipiunt. Fallor aut tubuli hi designant cor nostrum, quo gratiam Spiritus S. recipimus.

*Canis, כלב, נואר.* Animal latrans, mordens, impurum, impudicum. Notat α. hominem immundum. Matth. 7. 6. *Ne date sanctum canibus.* Matth. 15. 26. *Non est honestum, sumere panem filiarum & obijcere catellis.* Apoc. 22. 15. *Foris autem canes.* Deut. 23. 18. *Non adduces pretium canis in domum Jehovæ.* β. inimicum, hostem fuso sanguine delectantem, Ps. 22. 17. *Circumdederunt me canes.* v. 21. *Erue è manu canis unicam meam.* Ps. 68. 24. *lingua canum tuorum.* γ. *Quia canes custodire solent ades, hinc otiosi & somno oppressi custodes populi nominantur canes muti qui non valent latrare.* Esai. 56. 10. *Et v. 11. Canes fortes anima non noverunt saturari.*

*Canticum, נח, נדף.* Carmen in alicujus laudem voce aut musicis instrumentis decantatum. Psal. 96. 1. *Cantate Jehovæ canticum novum.* Ps. 98. 1. *Cantate Jehovæ canticum novum, quia mirabilia fecit.* Novum Dei opus in Ecclesia patratum hilares laudate. Apoc. 15. 3. *Et cantant canticum Moysis & canticum Agni.* Annunciant & profetiam & Evangelium cum læta gratiarum actione: nam Moses profetici chori dux est. Esai. 23. 1. *In fine LXX. annorum erit ipsi Tyro velut canticum meretricis.* Esai. 42. 10. *Cantate Jehovæ canticum novum, laus ejus ab extremo terra, prædicate Evangelium Christi præstiti,*

fiti, inter omnes gentes. Apoc. 5. 9. *Et canunt canticum novum, dicentes: Dignus es accipere librum.* Conf. Exod. 15. Esai. 26.

*Capilli*, coma, pilus פערש, תערס. Dependent à capite, quare notant sectatores ab alio velut à capite pendent. Pf. 68. 22. *Vertex capilli ambulans in delictis suis*, est Antichristus cum suis asseclis. Cant. 5. 11. *Capilli*, cincinni ejus crispi, nigri ut corvus. Justus Orgelitanus & Philo Carpathius intelligit sanctos capiti suo Christo adhaerentes, & corvi in similitudine peccatores se agnoscentes. Coccejo sunt humana Christi natura, quæ divinam tegant, uti caput tegatur capillis. Crispos eos & in se revolutos esse, quia natura humana uti originem ex divina habeat, sic & tendat ad hujus gloriam: nigredinem figurare vilitatem & contemptum. Apoc. 1. 14. *Capilli ejus candidi ut lana alba.* Dan. 7. 9. *Pilus capitis ejus ut lana munda?* Apoc. 9. 8. *Et habebant capillos, ut capillos mulierum.* Coccejus: *Instar mulierum se comunt & fucant omni lenocinio, ut procos sibi concilient.* Fortassis etiam hic significatur votum obedientiæ erga suum caput, quia *capillus & quidem plexilis est signum potestatis in ipsas.*

*Caprea*, vide cerva.

*Caput*, ראש, κεφαλή. Est figura Magistratus summam habentis potestatem, sive ea sit penes unum, sive penes multos. Deut. 32. 42. ראש פרעות *caput comarum*, caput pilosum, uti reddi Coccejus, est Antichristus cui populi multi adhaerent. Dan. 7. 6. *Quatuor capita bestiae tertiae significant quatuor Reges quatuor Regnorum ex Imperio Græco ortorum, Macedoniae, Asiae minoris, Aegypti & Syriae.* Apoc. 12. 3. *Draco magnus rufus, habens capita septem, & in capitibus suis diademata septem.* Est diabolus Romani Imperii Idololatriæ præses, sub quo septem supremi Magistratus genera dominabantur, Reges, Consules, Decem Viri, tribuni militum, Dictatores, Imperatores Pagani, & Imperatores Pagano Christiani, sicuti Morus recenset. At Coccejus mavult innuere per septem capita septem regiones Romano imperio subjectas, Italiam, Galliam, Hispaniam, Africam, Asiam, Syriam & Græciam. Apoc. 17. 9. *Septem capita septem montes super quos mulier sedet, & Reges septem sunt.* Urbem Romam esse septicollem, vel includere septem montes, nemo ignorat. Septem Reges sunt septem formæ regiminis, quarum quinq; Johannis tempore jam ceciderant,

v. 10. nec enim tum suprema potestas erat penes Reges, Con-  
 sules, Decemviros, Dictatores, Tribunos. *Unus est, continuata*  
*Paganorum Imperatorum successio. Alius nondum venit, & quando*  
*venit, oportet illum breve tempus manere.* Nondum erant Impera-  
 tores purè Christiani, neque diu regnare, re Christiana cito  
 in idololatriam & superstitionem conversa. Observa, Imperato-  
 res pure Christianos haud vocari *septimum Regem*, sed *2. ov, alium*,  
 generis planè diversi, quia non pertinent inter septem capita  
 Draconis plena nominibus blasphemiarum, sed potestatem acceperunt  
 à Deo, & exercere ad Dei gloriam. Apoc. 13. 1. *Super capita ejus*  
*nomen blasphemiarum.* Recensiti supra Magistratus septem, idolorum  
 cultum sanxerunt, Deoque vero detraxerunt. *Bestia caput octa-*  
*vum, vel Rex octavus, successio Cæsarum Christiano pagano-*  
*rum, est ex septem capitibus idololatricis Draconis rufi, v. 11.*  
*vergitque ad interitum. Apoc. 13. 3. Vidi unum de capitibus ejus quasi*  
*occisum in mortem, & plaga mortis ejus curata est.* Henricus Morus  
 arbitratur bestiam lethali plaga esse affectam in sexto capite, Cæ-  
 saribus Paganis, quando illis successere alii, purè Christiani, tum  
 enim Romanum imperium haud fuisse bestiam, sed Christianita-  
 tem in id loco paganismi introductam, atque sextum caput cæ-  
 sum, Imperatores paganos, in terra mortuum jacuisse quam diu  
 Cæsares purè Christiani regnabant, mox revixisse bestiam, vel  
 sanatam ejus plagam lethalem, quando successere Imperatores  
 Christiani pagani. Contra Coccejus plagam hanc mortalem de  
 restaurato per Julianum in Græcia paganismo explicat. Verba  
 juvat adscribere. *Inter partes imperii Romani nobilissima erat Græcia,*  
*que sub Constantino facta erat sedes Imperatorum. In hac parte bestia ac-*  
*cepit vulnus letale, quando Julianus cultum Deorum restituit. Tunc enim*  
*vixi sunt imperare gentiles, & Christiani fere ad incitas redacti: quanquam*  
*revera illa plaga, fere tantum id effecerit, ut ex multorum cordibus cogita-*  
*tionibus manifesta fierent, & ab Ecclesia recederent gentes, que eam incepe-*  
*rant calcare, atq; ita fuerit vulnus bestie, h. e. populi regnantis, qui se*  
*vocabat Ecclesiam, non Ecclesiam. - - - Et plaga mortifera ipsis, nempe be-*  
*stie, sanata est, h. e. sublatu est è medio Julianus, eiq; successit Jovianus*  
*catholicus quem excepit Valentinianus, qui in consortium potestatis assumpsit*  
*fratrem Valentem, qua re, ut Ammianus loquitur, occursum putabatur fra-*  
 gilitati

gilitati sublimium fortunarum. Weselius putat innui cladem Augustuli ab Odoacro illatam anno 475. reparandam per regimen papale. Crediderim significari mutua bella inter æmulos Imperatores, unde Romanum Imperium miserabiliter fuit laceratum afflictumque, at sanatum insecuta pace. Dan. 2. 38. *Tu es caput aureum.* Uti caput est membrorum supremum, ita Monarchia Babylonia ordine prima.

Carbo, רצפה, אש, אֲבֵגֶזִים, ἀβηγίς, ἀβηγίς, prunæ ignitæ, medium rem incendendi. Ezech. 10. 2. *Imple manus tuas prunis ignis de medio Cherubim, & sparge super urbem.* 2. est imago Spiritus S. propter meritum Christi dati. Esai. 6. 6. *In manu ejus carbo ignitus quem forcipibus tulerat de altari.* v. 7. *Et tetigit os meum.*

Caro, בשר, σαξ. α. Effigies bonorum terrestrium quæ carnis instar devorantur. Zach. 11. 16. *Carnes pinguium comedet Pastor stultus.* Mich. 3. 3. *Comedunt carnem populi mei.* Apoc. 17. 16. *Carnes ejus comedent, bona Ecclesiastica consumunt.* Caro univèrsim refertur ad aurum opesq̄, Achmetes apud Morum. β. Est placitum de ritu carnem spectante. Galat. 3. 3. *Adeone dementes estis, ut à Spiritu exorsi nunc in carnem desinat?* γ. Res fragilis. Esai. 31. 3. *Equi Egyptiorum caro, non spiritus.*

Catena, שרשרת, κροσσωτόν, ῥαβδί, σιεύξ, ἄλλοις. Est α. ornamentum collo aut alteri membro circumdatum. Ezech. 16. 11. *De di armillas in manibus tuis, & catenam in gutture tuo.* Sanctis legibus te munivi, Coccej. Cant. 1. 10. *Collum tuum inter catenas.* Prov. 1. 9. *Mandata parentum catenæ gutturi tuo.* β. Medium detinendi captivum. 2. Petr. 2. 4. *Catenis caliginis in tartarum detrusos.* Apoc. 20. 1. *Habebat catenam magnam in manu sua.*

Cauda, זנב, ذئب. Cauda est bestię pars eam à tergo sequens & comitans, figuratque comitatum vel assecclas Principis. Esai. 9. 14. *Excidet Jehova de Israele caput & caudam.* v. 15. *Senex & honorabilis vultu, ipse caput; & profeta qui docet mendacium, ipse cauda.* Factum in expeditione TigletPileseris adversus Pekam susceptæ, 2. Reg. 15. 29. Apoc. 9. 10. *habentes caudas similes scorpionum, & aculei in caudis earum.* v. 19. *potestas eorum in ore eorum est & in caudis eorum, nam caudæ eorum similes serpentibus.* Caudæ horum equitum vel equorum Medo sunt syrma Muhamedicæ imposturæ, Wese-

lio distinctius Doctores & Sacerdotes Muhammedici, astutiam malitiamque serpentum imitantes, & venenum Muhammedicæ impietatis propinantes. Coccejo sunt falsi doctores Babylonis mysticæ in Hispania, Gallia, Italia & Germania, post pacem religiosam grassantes. Apoc. 12. 4 *Cauda ejus trahit tertiam partem stellarum cæli.* Cauda Draconis Medo sunt exercitus Imperii Romani tertiam partem principum orbis Johannis ætate cogniti subjungentes. Coccejo est Herodes Romanorum servus tertium ordinem Rectorum populi Judaici, Judices vel Senatores autoritate privans. An & forte exercitus Pompeji & Crassi, synedrium Judæorum suprema potestate spoliantes, Romanisque subjicientes, Sacerdotibus ac Doctoribus in statu integro relictis? Esai. 19. 15. *Et Ægypto non erit opus quod faciat caput vel cauda.* Cæpta Regum & exercituum Ægypti erunt vana. 2. Cauda membrum capite vilius, statum vilem contemptumque notat. Deut. 28. 13. *Ponet te Jehova in caput, non in caudam.* v. 44. *Ipsè erit in caput, & tu in caudam.* Peregrinus tibi dominabitur.

*Cedar*, צֶדֶר, *cedrôg.* Arabia regio nominata à Cedar secundo Ismaëlis filio, cujus incolæ Israeli erant infensi. Psal. 120. 5. *Hei mihi quod habitem cum tabernaculis Cedar, quod inimicis undique cingar.* Esai. 42. 11. *Pagi quos habitat Cedar, cantent habitatores arcium, de vertice montium clament.* Arabia felicitis & Petrææ incolæ ad Christum conversi laudent Deum. In Arabia Paulum annunciasse Evangelium colligitur ex Galat. 1. 17. Esai. 60. 7. *Omnia pecora Cedar congregabunt se tecum, accedent Arabes ad Ecclesiam.* Esai. 21. 16. 17. *Deficiet omnis gloria Cedar. Et reliquæ numeri arcu fortium filiorum Cedar imminuentur.* Complementum trîstis vaticiniî narrat Jeremias c. 49. 28. *Ad Cedar, & ad regna Hasor quæ percussit Nebucadnezar Rex.* Coccejus tamen ad tempora longè posteriora descendens, monet Arabum & Saracenorum potestatem sub Muhammede & aliis ducibus, transisse tandem ad Persas & Turcas, Otomannicam præfertim familiam, gentes ab iis prorsus diversas. 2. Quia Arabes sedem pro commoditate mutantes tentoria figunt resiguntque, prima Novi testamenti Ecclesia locum mutare jussa comparatur tabernaculis Cedar. Cant. 1. 5. *Sum sicut tabernacula Cedar.*

*Cedrus*, צדרי, קֶדְרוֹס. Arbor excelsa durissimi ligni, cariem vetustatemque non sentiens, vel ut alibi Plinius, *materia vero ipsi æternitas*, itaq; & simulacra Deorum ex ea factitaverunt. *Cedrinus est Romæ in delubro Sosianus, Apollo Seleucia advectus*, hist. natural. l. 13. cap. 5. quem morem fabricandi è cedro Deos reprehendi legimus Esai. 44. 14. Cedrini ligni plurimus fuit usus ad extruendum Salomonis templum, 1. Chron. 22. 4. 1. Reg. 6. 9. & alias in Hierosolymis ædes, Jer. 22. 23. Hinc N. sumitur pro templo & urbe Hierosolymorum. Zach. 11 2. *Aperi Libanon portas tuas, & absumat ignis cedros tuas, ulula abies, quia cecidit cedrus. Esai. 14. 4. Abietes letatæ sunt de te, & cedri Libanon, gaudent Judæi Babyloniorum strage.* 2. Cedrus figurat Reges & proceres auctoritate eminentes. 2. Reg. 14. 9. *Carduus in Libanon misit ad cedrum. Esai. 2. 13. Dies Jehovæ super omnes cedros Libanon sublimes. Judic. 9. 15. Egrediatur ignis de thamno devoretque cedros Libanon. Ezech. 17. 3. Tulit summitatem cedri, Rex Babylonius abduxit Proceres Judaicos.* 3. Est effigies hominis in pietate crescentis super alios & constanter perseverantis ad construendum Dei templum. Cant. 1. 17. *Trabes domorum nostrarum cedrine.* Cant. 8. 9. *Si ostium, muniamus illud tabula cedrina.* Conf. Ps. 92. 13. *Justus sicut cedrus in Libanon multiplicabitur. Esai. 41. 19. Dabo in deserto cedrum.* 7. Christi ipsius Cant. 5. 15. *Aspectus ejus ut Libanon, electus ut cedri. Ezech. 17. 23. Efficietur cedrus magna.*

*Cerva*, hinnulus cervorum, caprea, capreolus. צב, אֵילָה, צפר, דִּבְרָאִים, εἰλαφ, νεβρός εἰλαφ. Animal per montes dissiliens, & amabile, timidum, prædationi obnoxium. Est α. imago Christi ab hostibus agitati, per montes, regna munita celeriter progredientis. Ps. 22. 1. *Canticum super cervam aurora.* Cant. 2. 9. *Dilectus meus similis capreae, vel hinnulo cervorum.* 4. 17. *Similis esto capreae, vel hinnulo cervorum super montes Bether.* Cant. 8. 14. *Fuge dilecte mi, & assimulare capreae, vel hinnulo cervorum, super montes aromatum.* β. Sectatorum Christi sine pastore inter gentes hinc inde vagantes. Cant. 2. 7. *Adjuro vos, filia Jerusalem, per cervas, vel capreas, agri.* Cant. 4. 5. & 7. 3. *Duo ubera tua sicut duo hinnuli, gemelli capreae, qui pascuntur ipsa inter lilia. Ut hinnuli inter lilia pascentes succum extrahunt salubrem odoriferumque, sic Ecclesia è verbo Dei accipit*



accipit & præbet lac saluberrimum. γ. Esai. 13. 14. Et erit tanquam cervus ejectus. Babylon pavebit à Medis & Persis, fugietque cervi instar. δ. Habac. 3. 19. Ponet pedes meos cervarum, celeriter me per orbem terrarum deducet. Sic & Pl. 18. 34.

Ceti, צֵתִי, κητή. Pisces marini immanis magnitudinis, uti Plinius ex Juba memorat, cetos sexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum sexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intrasse, l. 32. hist. nat. c. 1. Sunt figura Regum potentum ac debiliores populos devorantium. Psal. 74. 13. Confregisti capita cetorum in aquis, Pharaonem eum exercitu suffocasti aquis maris rubri. Esai. 51. 9. An non tu es brachium quod excidit Ægyptum, quod dolore affecit רַנְּוֹ, LXX. δράκοντος, Draconem, cetum. Ezech. 29. 3. Ecce ego contra te Pharaon, Rex Ægypti, cete magne qui cubas in medio fluminum. Ezech. 32. 2. Tu tanquam cetus in maribus. Esai. 27. 1. Occidet cetum in mari. Forerio est typus Antichristi. Nam ait, sicut mundum scriptura mare, sic & mundi principes magnorum piscium nomine appellat. Coccejo cetus vel Draco in mari est aut magnus Princeps extra Ecclesiam, aut ipse Diabolus in mundo vel palam vel clanculum per bestiam tyrannidem exercens. Vid. Draco, Leviathan.

Chalcolibanon, χαλκολίβανον. Æs firmum & fulgidissimum. Grotio vox est conflata è Græco χαλκός, æs, & Syriaco כַּלְבַּן, quod est כַּלְבַּן vel עֲצָרָאֵת. Figura constantia & actionum latè conspicuarum. Apoc. 1. 15. & 2. 18. Pedes ejus similes chalcolibano, Christus in Ecclesia & orbe firmis incedit pedibus, sui que præsentiam eminus demonstrat. Ita Dan. 10. 6. Angelo tribuuntur pedes כַּעֲזֵי נְחֹשֶׁת קָלִילִים, כַּעֲזֵי נְחֹשֶׁת קָלִילִים, כַּעֲזֵי נְחֹשֶׁת קָלִילִים, quasi species æris candentis. Et pedes quatuor animantium sunt כַּעֲזֵי נְחֹשֶׁת קָלִילִים, כַּעֲזֵי נְחֹשֶׁת קָלִילִים, כַּעֲזֵי נְחֹשֶׁת קָלִילִים, scintillantes כַּעֲזֵי נְחֹשֶׁת קָלִילִים, כַּעֲזֵי נְחֹשֶׁת קָלִילִים, כַּעֲזֵי נְחֹשֶׁת קָלִילִים, tanquam aspectus æris polito, Ezech. 1. 7. Sed & Christi pedes sunt כַּעֲזֵי נְחֹשֶׁת קָלִילִים, כַּעֲזֵי נְחֹשֶׁת קָלִילִים, כַּעֲזֵי נְחֹשֶׁת קָלִילִים, ut columnæ ignis. Vid. æs, columna.

Chalybs, כַּלְבַּן, χάλυψ, καλκός. Metallum durum, imago hominis flecti ad bonum nescii. Jer. 6. 28. Omnes ipsi chalybs & ferrum. 2. E chalybe fabricabantur galeæ, loriceæ, gladii, eo que sumitur pro armis bellicis. Jer. 15. 12. Num ferrum conteret ferrum ab equilone & chalybem?

Chara-

*Character.* χαράγμα. Prisco more servi dominorum, milites imperatoris sui nominibus, illi quidem præcipuè in fronte, isti in manibus inscribi solebant, ut cui servirent, aut militarent, nosceretur. Igitur accipere, gerere alicujus characterem in manu aut fronte, est profiteri se illius servum aut militem, publicè eum nominare Dominum suum. Quare & character vocatur nomen, atque character nominis. Apoc. 13. 16. *Fecit omnes accipere characterem in manu sua dextera, aut in frontibus suis.* v. 17. *nisi qui habeat characterem aut nomen bestie.* Apoc. 14. 9. 11. *Si quis acceperit characterem nominis ejus.* Apoc. 15. 2. *Victoriam reportarunt de characterè ejus.* Apoc. 16. 2. *factum est vulnus malum ac noxium in homines qui habebant characterem bestie.* Conf. Apoc. 19. 20. & 20. 4. Gerere characterem bestie, est nominare se membrum Ecclesiæ Catholicæ Romano Episcopo ceu capiti adorando subjectæ. At Coccejus respici existimat morem Israelitarum mandato Dei sancitum, quo legem in fronte & manu pro signatura gerebant. Deut. 6. 8. *Ligabis ea in signum in manu tua, & erunt in frontalia inter oculos tuos.* Exod. 13. 9. *Et erit tibi in signum super manum tuam, & in memoriale inter oculos tuos.* Ergo uti signatura, vel character populi Dei est lex Dei: ita character societatis Antichristianæ erit lex humana, à divina dissentiens. Non omittendum, Romanæ Ecclesiæ membra formato crucis signo per dexteram in fronte præsertim, à ceteris Christianis discerni.

*Cherub*, כרוב, χερουβ, Syris est bos arator, & כרוב, arare, unde & Ezechiel, Spencero observante, pro פני שור facies bovis. Ezech. 1. 10. ponit c. 10. 14. פני כרוב facies Cherub. Deinde ut habet idem Vir doctus, Cherub est robustus, validus, item solers cognitione præstans. Sumitur α. pro Angelo. Gen. 3. 24. *Collocavit ab oriente horti Eden Cherubim.* Ps. 18. 11. *Equitavit super Cherub.* Angeli ministerio usus ad puniendum hostes. β. pro homine fidei. Ezech. 10. 14. *Et quatuor facies erant unicuique Cherub, facies prima facies Cherub, facies secunda facies hominis, & tertia facies leonis, & quarta facies aquilæ.* Conf. Apoc. 4. 7. *Et animal primum simile leoni, & secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem velut homo, & quartum animal simile aquilæ volanti.* Ubi vitulus Johannis τὸ Cherub Ezechielis respondet. γ. Est figura Regis Tyri, Ezech.

28. 14. Tu Cherub magnus, tegens, posuit te, in monte sancto Dei fuisti.  
 7. 16. Perdam te, o Cherub. Coccejus interpretatur de Antichristo, mysticæ Tyri Rege, qui Cherubini instar in templo Dei sedet & arcam contegit.

*Cinnamomum*, Cinnamum, קנמון, κιννάμωμον. Arbor cujus cortex & folia sunt suavis odoris adhibita & in cultu legali, ad suffitum quotidianum, Exod. 30. 23. Ipsum arboris lignum haud expirat odorem nisi combustum. Figura hominis pii, suavem virtutum odorem spirantis. Cant. 4. 14. *Canna & Cinnamomum*. Refertur & inter merces Babylonis mysticæ, Apoc. 18. 13. atque patet, frequentes in Romanæ Ecclesiæ templis adoleri suffitus. Coccejo significat donum sanationum, forte quia oleum cinnamomi prodest attenuando sanguini & fulciendo cordi.

*Cithara*, כנור, κιθάρα. Instrumentum Musicum, à Levitis in templo Hierosolymitano ad laudandum Deum, & alibi ad hilaritatem usurpatum. Hinc citharæ cantus ponitur pro læta gratiarum actione quæ Deo fit. Apoc. 5. 8. *Viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas*. Apoc. 15. 2. *Habentes citharas Dei*.

*Citharædus*, וזמר כנור, κιθαρωδός. I. Apoc. 14. 2. *Vocem audivi citharædorum citharizantium citharis suis*, præconum Evangelii ipsa in societate Antichristiana, Dei & Christi laudes cantantium. Israelitæ sedentes ad flumina Babelis suspenderunt citharas suas super salices, Ps. 137. 1. 2. fletui, non lætitiæ indulgentes. Tamen plurimi testes Jesu Christi in captivitate Babelis mysticæ detenti, læto ore cantarunt canticum Moïsi & Agni. Sed & II. Antichristus suos habet citharædos, Apoc. 18. 22. *Vox citharædorum, & musicorum, & tibicinum, & tubarum non audietur in te amplius*. Sic & de excidio Tyri, Ezech. 26. 13. *Sonitus cithararum tuarum non audietur amplius*. Solent nimirum Romana templa perstreperere fidibus, organis, citharis, quorum cantu fere magnam cultus religiosi partem absolvunt. Ita statua Nebucadnezaris fuit dedicata sonitu cornu, fistula, citharæ, sambucæ, psalterii, symphonie & omnis instrumenti Musici, Dan. 3. 5. 7. 10. Etiam felicitatem suam Tyrus mystica decantat citharis, Esai. 23. 16. *Sume citharam, circui civitatem*.

*Cittim*,

*Cittim*, Citi, כתי, Kiti, κητις, κητισος. Erat filius, aut forte rectius secundum LXX. interpretes, filii Javan, nepotes Japeti, qui sedes in insulis fixere. Gen. 10. 4. *Filii Javan, Elisa & Tharsis, Cittim & Dodanim. & 5. ab istis separate sunt insule gentium in terris suis, singule juxta linguam suam.* In sacris literis hoc nomine veniunt I. Romani, Latini, quos Eusebius è Citiis oriundos esse monet apud Bochartum in Phaleg I. 3. cap. 5. Nam & כתי, Hebræis & Arabibus est *latens*, occultus, & ipso in Latio, teste Halicarnasso, est urbs κητις, *Cetia*. Vid. Bochart. l. c. Num. 24. 24. *Naves de littore Cittim affligent Assur, affligent quoq; Eber.* Romani Assyrios & Hebræos subjugabunt. Dan. 11. 30. *Veniunt ad eum naves Cittim unde dolebit,* Naves Romanorum Cajo Popilio duce Antiochum Epiphanem Ægypto excedere cogent. II. *Cittim* scriptori libri I. Maccabæorum sunt Macedones. I. Macc. 1. 1. Postquam Alexander Philippi filius, Macedo profectus ἐκ τῆς γῆς κητιμ, è terra chetim. Et c. 8. 5. In his etiam Philippum & Persen Citiorum Regem. Cui sententia ait Bochartus, videtur non parum accedere roboris ex eo, quod Esaias c. 23. 1. *Tyrii excidium interminatus, addit fore ut reveletur, i. e. erumpat in illos hoc malum* כתי, à terra Chittim, quod referunt ad Macedonas, qui Alexandro duce Tyrum oppugnarunt & devastarunt. Sed respondet, in illo capite non agi de postremo Tyri excidio quod sub Alexandro contigit, sed de priore, cujus autor Nabuchodonosor, atque ex Salomone Jarchio כתי facit כותיים Chutæos, i. e. Babylo-nios. III. Ezech. 27. 6. *Afferes buxei ebore obducti, ex insulis Cittim, i. e. afferes navium fecere è buxo petito ex insulis circa Italiam.* In Corsica *buxus crassissima*, Plin. apud Bochart. Vid. Tyris.

*Claudico.* צרע, פסח, χλωδανέω. Inæquali pede ad utrumque latus vergo. Notat inconstantiam in religione, veri simul & falsi numinis cultum. 1. Reg. 18. 21. *Quoruscq; claudicatis in duas cogitationes? Deo Israël simul & Belo servitis.* Mich. 4. 6. *In die illa congregabo claudicantem.* & 7. *Ponamq; claudicantem illam in reliquias.* Claudicans est Pontificiorum, Græcorum & aliorum in Asia & Africa coetus, habens veritatem erroribus mixtam, & cultum Dei superstitione maculans, fictitiorumque Numinum servitio. Sic Zephan. 3. 19. *Servabo claudicantem.*

**Clavis**, מפתח, אֵלֶּיךָ. Instrumentum ad claudendum vel aperiendum aedes. Est signum potestatis. Esai. 22. 22. *Ponam clavem domus Davidis super humerum ejus, & aperiet nec erit qui claudat: & claudet, nec erit qui aperiat.* Eliakimo supremam in regno Davidis potestatem & autoritatem dabo. Apoc. 1. 18. *Habeo claves inferorum & mortis.* Apoc. 3. 18. *qui habet clavem Davidis, qui aperit & nemo claudit: & claudit ac nemo aperit.* Christo est data suprema in cœlo & terra potestas, potestas sepulcra aperiendi vel in morte detinendi, intromittendi in regnum cœlorum, aut ex eo excludendi. Apoc. 9. 1. 2. *Stellæ ei data est clavus putei abyssi. Et aperuit puteum abyssi.* Data Antichristo potestas in statum Antichristianum, Apoc. 20. 1. *Et vidi Angelum descendantem de cœlo, habentem clavem abyssi, potestatem detrudendi Draconem ad tartara.* Matth. 16. 19. *Dabo tibi claves regni cœlorum, per te gentibus ostium Ecclesiæ aperiam, Act. 15. 7. faciam te doctorem Novi testamenti.* Luc. 11. 52. *tulisti clavem scientiæ.*

**Clastrum**, מִצְדָּה, συγκλεισμός. Locus conclusus quem intrandi non est libera potestas. Significat arcem munitam; an forte & monasteria? Mich. 7. 17. *commovebuntur à claustris suis.*

**Clavus**, מַטְּוֵה, πείραλα, πείραλα. De clavo suspenditur supellex. Hinc clavo comparatur is à quo plurima pendent negotia, Esai. 22. 23. *Et figam illum clavum in loco stabili, & 24. Et suspendent super illum omnem gloriam domus patris sui, filii & nepotes, omnes vas. & 25. In die illa removebitur clavus.* Zach. 10. 4. *Ex ipso egredietur clavus, & Christiana Ecclesia removebuntur Prælati volentes Ecclesiam à se dependere, Coccejus, 2. Clavis infixis firma continentur tentoria. Esai. 54. 2. Fige clavos, sermonem sapientiæ firmiter infige animis Christianorum, ne vacillent Ecclesiæ tentoria. Conf. Eccles. 12. 11. Verba sapientum tanquam clavi infixi. Cant. 1. 11. Murenas aureas faciemus tibi cum clavis argenteis.*

**Clypeus**, מִגְדָּן, κωπίς. Instrumentum se defendendi adversus tela hostium, imago defensoris, protectoris. Genes. 15. 1. *Ego clypeus tuus.* Ps. 47. 10. *Deo clypei terræ, Deus terram clypei instar protegit. David Kimchi apud Coccejum explicat de Regibus & Principibus terræ qui Deo se subjiciant, ex Hof. 4. 18. Clypei ejus dederunt ignominiam, populus Dei à Regibus quibus ceu clypeis ac defen-*

defensoribus confidebat, non nisi ignominiam reportavit. Ps. 7. 11. Clypeus meus apud Deum. Ps. 89. 19. *Jehova clypeus noster*. Cant. 4. 4. *Mille clypei suspensi in ea.*

**Coccinum**, צב, כֹּחֹמֶר. Coccus est granum dans roseum colorem quo Imperatorum paludamenta & senatorum lati clavi tingebantur. Coccinum, vestis cocco tineta, est nota & majestatis & crudelitatis. Apoc. 17. 4. *Mulier erat circumdata purpura & cocco.* Eleganter *Morus Oper.* tom. III. p. 634. Quemadmodum bestiam, quæ est universum imperium Romanum, coccinam bestiam appellari concessum est, quanquam ille habitus caput Imperii erat proprius, Imperatores ipsos intelligo ac senatores; ita hæc meretrix purpura coccoque amicta dici potest (hoc est, Romana Hierarchia totumve corpus illius cleri) tametsi hic color ad caput solummodo pertineret, aut saltem ad superiores hujus corporis ordines à summo capite proximos. Talesque sunt togæ habitusque Romanorum Cardinalium. *Platina* teste rubrum pileum ab Innocentio IV. & vestem coccinam à Paulo II. accepere. Apoc. 17. v. 3. *Vidi mulierem super bestiam coccinam sedentem.* Apoc. 18. 16. *Civitas illa magna quæ amicta erat bysso & purpura & cocco.* II. Esai. 1. 18. *Si fuerint peccata vestra velut coccinum, tanquam nix albescent.*

**cælum**, שמים, שָׁמַיִם. Imago Ecclesiæ aut veræ aut falsæ. Matth. 24. 29. *Virtutes cælorum commovebuntur.* Auctoritas & potestas Ecclesiæ Judaicæ abrogabitur. Esai. 13. 13. *Cælum commovere faciam, Ecclesiam Judaicam, Coccejus.* Esai. 51. 6. *Cæli ut fumus deficient.* Apoc. 6. 13. *Stellæ de cælo ceciderunt, falsæ Ecclesiæ Antistites, erratica illæ putatitii cæli stellæ, auctoritatem perdidere.* v. 14. *Cælum recessit sicut liber qui circumvolvitur.* Ecclesia falsa separatur à vera. Apoc. 8. 1. *factum est silentium in cælo.* Apoc. 9. 1. *Vidi stellam de cælo lapsam.* Apoc. 12. 1. *Signum magnum apparuit in cælo.* v. 4. *Cauda ejus trahit tertiam partem stellarum cæli.* Vid. *Cauda.* Esai. 65. 17. *Ecce ego creo cælos novos & terram novam.* 2. Petr. 3. 13. *Cælos novos & terram novam expectamus.* Apoc. 21. 1. *Vidi cælum novum & terram novam: primum enim cælum & prima terra abiit.* Alia erit Ecclesiæ facies, devictis illius hostibus, & populis cunctis Christo se subijicientibus. Apoc. 20. 11. *A cujus conspectu fugit terra & cælum.*

**Cæna**, Δείπνον. Epulum vespertinum, imago distributionis bono-

bonorum Jesu Christi sub finem mundi. Apoc. 19. 9. *Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni sunt vocati.* II. Est figura præliorum circa ultima tempora habendorum, quibus plurima cadavera fiunt esca avium Apoc. 19. 17. *Venite & congregamini ad cœnam magni Dei.* Conf. Esai. 25. 6. & 30. 25. Ezech. 39. 17.

*Cœno, Δειπνέω.* Apoc. 3. 20. *Cœnabo cum illo, & ipse mecum.* Mea illi bona impertiam vicissim saturandus fidei & respicientiæ fructibus ab eo latis.

*Collis, תל, βερός.* Locus supra valles elatus. I. Est in genere imago potentis regionis. Cant. 2. 8. *Subsiliens super colles,* celeriter regiones penetrans voce Evangelii. Esai. 41. 15. *Colles velut quisquilias pones,* regna magna tibi subjicies. Esai. 40. 4. *Omnis mons & collis humiliabunt se.* Magna imperia, excelsa regna Christo subdentur. II. Colles multi erant in Cananæa, quare & sæpe pro illa ponuntur. Gen. 49. 26. *Benedictiones patris tui usq; ad terminum collium seculi.* Psal. 72. 3. *Colles afferent justitiam.* Filius Regis Christus in Cananæa justitiam annuntiabit, suaque obedientia impetrabit. Esai. 2. 14. *Dies Jehovæ super omnes colles elevatos.* Jer. 4. 24. *Omnes colles destructi erant.*

*Collum, תלם, κάρυλλο.* Membrum proxime infra caput situm, & jugum ferre solitum, unde Coccejo notat jugum, item, fidem cum capite Christo nos jungentem. Cant. 1. 10. *Collum tuum in catenis,* jugum quod fers est tibi honori & decori, instar catenæ aureæ de collo pendentis. Cant. 4. 4. *Collum tuum sicut turris David edificata ad propugnandum.* Cant. 7. 4. *Collum tuum velut turris eburnea.* Audiamus & veteres. Justo Orgelitano *in collo hi insinuantur qui legem Dei diebus & noctibus meditari non desistunt.* Philoni Carpathio per collum sponsæ prædicatores sanctæ Ecclesiæ demonstrantur, quos primum à Judæa tanquam monilia fidei nostræ ornamenta accepit. Sed & collum fides dicitur & humane rationis forma: ut enim longius visuri collum extendimus: sic per fidem & rationis usum futura providemus, & longe posita præstolamur.

*Collyrium, κολύριον.* Unguentum sanandis oculis idoneum, Plinio teste l. 21. c. 20. è croco confectum, habens suas utilitates contra suffusiones oculorum. Est imago Spiritus S. cœcum intellectum illuminantis, Apoc. 3. 18. *Ut collyria inungas oculos tuos.*

*Colum-*

**Columba**,  $\kappa\lambda\upsilon\beta\eta$ ,  $\omega\epsilon\iota\tau\epsilon\gamma\eta$ . Avis simplex, placida, mari fidelis, casta. Hof. 7. 11. Ephraim erit velut columba stolidi sine corde. Oculi Sponsæ, Cant. 1. 15. & 4. 1. & Sponsi, Cant. 5. 12. comparantur oculis columbarum, propter castitatem. Cant. 2. 14. Columba mea in scissuris petrae. Cant. 6. 8. Una est columba mea immaculata mea. Perplacet Justi Orgelitani monitum: Non aliud Ecclesia Columba vocatur, nisi quia est sine dolo, & Spiritu S. repletur: habitat in foraminibus Petra, quia semper receptaculum habet in his, ex quibus sanata est, vulneribus Christi. Pl. 68. 14. Si dormieritis inter tripodes, eritis penna columbae quae tecta est argento. Vel, ut Coccejus vertit: Ubi jacetis inter struos, alae columbae obductae argento. Si jacetis sub cruce, fides, spes & charitas, quae sunt alae aut pennae Ecclesiae, castae illius columbae, quibus coelum petit, auri instar & argenti praclarissime nitent. Matth. 10. 16. Estote simplices sicut columbae. Esai. 59. 11. Ceu columbae gemendo gemimus.

**Columna**,  $\kappa\lambda\upsilon\beta\eta$ ,  $\sigma\upsilon\lambda\tau\eta$ . Fulcrum aedium è lapide vel ligno duro factum, imago Doctoris in fide constantis, suo exemplo alios sustentis. Galat. 2. 9. Jacobus, Cephas & Johannes, qui videbantur esse columnae. Apoc. 3. 12. Faciam illum columnam in templo Dei mei. Cant. 3. 10. Columnas ejus fecit ex argento. Coccejo columnae argenteae sunt Christi obedientia. Non male Philo Carpathius: Columnas vero argenteas, sanctos Apostolos intelligit, & rectos Christi praedicatores, qui columnarum instar hoc ferculum Christi, sponsam, per universum terrarum orbem verbo Spiritus S. gestarunt ac gerunt, quod & Apostolus confirmat, dicens: Jacobus & Johannes qui columna esse videbantur. Qui argento propterea comparantur, quod sincera fide, & rectae praedicationis opera veluti argentum resulserunt. Prov. 9. 1. Sapientia edificavit domum suam, excidit septem columnas suas. Jerem. 1. 18. Dedi hodie te in columnam ferream. 1. Tim. 3. 15. Columna & stabilimentum veritatis Ecclesia Dei vivi, quanquam Camero ea verba sequentibus connectens de praecipuo religionis Christianae capite interpretatur. Apoc. 10. 1. Pedes ejus columnae ignis, sunt firmi & devorant hostes ceu ignis.

Coma. Vid. Capilli, crines.

**Concubina**,  $\text{פִּלְגֶשֶׁת}$ ,  $\mu\iota\lambda\alpha\tau\eta$ . Affecla Antichristi, Cant. 6. 8. Concubina laudaverunt eam.

Cornu,



*Cornu, 77, reges.* Cornua & pecudes & bestia habent partim in capite, partim in pedibus, iis se defendentes potenter, his terram calcantes. Cornu igitur  $\alpha$ . est effigies regni potentis, aut supremæ potestatis in regno. 1. Sam. 2. 10. Exaltabit cornu Christi sui. Dan. 7. 7. 8. *Cornua decem ei, bestia quarta.* Considerabam cornua, & ecce cornu aliud parvum ascendebat inter ea, tria autem ex cornibus prioribus evulsa sunt à facie ejus. V. 24. Cornua vero decem, ex ipso regno decem Reges consurgent, & alius surget post eos, & ipse major erit prioribus, tresq; Reges humiliabit. Ex sententia Cl. Cocceji Bestia prima adumbrat Imperium Constantini M. usque ad tempora Augustuli; secunda Gothorum ac Vandalorum, qui ad unum Leonis latus, Occidentem, positi, Italiam, Galliam & Hispaniam devorarunt; tertia regnum Saracenicum, quo Africa, Asia, Syria & Græcia, quatuor item Dynastiæ, Chalipharum in Syria, Sultanorum in Africa & Ægypto, Sultanorum Iconiensium in Asia, & Ottomannidarum in Græcia continentur, quarta imperium Francorum & Germanorum, qui in Europa, Asia & Africa res maximas gessere, & Ecclesiæ orbiq; aliam faciem dedere. Cornua decem sunt eidem Viro docto decem familiæ regnantes, Carolina, Saxonica, Salica, Suevica, Hollandica, Anglica, Austriaca, Nassovica, Lucelburgica & Bavarica. Cornu parvum Romanus Papa, qui Saxoniam (aut, si quis malit) Carolinam, Salicam & Suevicam familiam opprellit. Hugoni Broughthono quatuor bestia sunt regnum Babylonium, Medo Persicum, Græcum Alexandri M. Seleucidarum ac Lagidarum, Cornu parvum Antiochus Epiphanes, qui Seleucum fratrem, nepotemq; ex fratre: nepotemq; ex sorore Ægypti Regina violavit. Cl. Bekkero quatuor bestia sunt Cyrus, Cambyfes, Alexander M. atque regnum Syriæ Ægyptiq;e. Cornua decem, decem Reges sive Ægypti sive Syriæ qui Judæos pressere, & septem quidem ex Ægypto, tres ex Syria, Ptolemeus Lagus, Ptolemeus Philadelphus, Antiochus Theos, Ptolemeus Evergetes, Ptolemeus Philopator, Antiochus Magnus, Ptolemeus Epiphanes, Seleucus Philopator, Ptolemeus Philometor & Ptolemeus Physcon. Cornu parvum Antiochus Epiphanes, qui fratrem Seleucum, nepotesq;e duos Ptolemeum Philometorem, & Ptolemeum Phy-

Phy-

Physonem depressit. Plura vide ad voces *Decem, Leo, Ursus, &c.*  
 De Cornu parvulo merentur addi quæ *Morus* habet *Oper. tom.*  
 3. p.734. Hoc cornu parvulum *Idololatriæ Imperii Clerus est, sed magis*  
*præcipue speciatiq; magna illa pars & notoria sub Episcopo Romano, qui*  
*singularem præ ceteris operam navavit, ad obtinendum degener hoc Ecce-*  
*lasticum in Romano Imperio imperium, & ad imperium præcipitandum in*  
*lapsum superstitionis & idololatriæ, ad idemq; in eisdem detinendum. Ac*  
*proinde rectè dicitur cornu ex hac bestia ortum, cum ipsum symbolum (bestia)*  
*quemadmodum & ipse Grotius fatetur, innuat idololatriam. - - Quantum*  
*ad humiliationem subjugationemq; trium Regum, quod cornu hoc effecturum*  
*predicitur, annon olim hoc præstitum est à Papa Romano in suis tractatio-*  
*nibus Leonis Isauri; in subvertendo Lombardorum regno, ut sibi Ravennæ ex-*  
*archatum acquireret; & in excruciendo inquietandoq; Henricum IV. ejusq;*  
*Successores Ecclesiasticis fulminationibus technisq; politicis ac malignis ma-*  
*chinationibus, donec omne jus ac jurisdictionem in Italia ipsis extorsisset. Dan.*  
 8.3. Aries unus stabat ante fluvium, & ei erant duo cornua, &  
 illa excelsa, & unum excelsius altero, & illud excelsius ascen-  
 debat in novissimo. v. 10. Aries quem vidisti habentem cornua,  
 Reges Mediæ & Persiæ, & *Persa quidem Medis celebriores potentia &*  
*diuturnitate regni. v. 5. Hirco illi cornu insigne inter oculos ejus.*  
 v. 21. cornu grande (*Hirci*) Rex primus, *Alexander M. v. 7. Com-*  
 minuit duo cornua, v. 9. Ex uno illorum egressum cornu unum  
 parvum, *Antiochus Epiphanes. Zachar. 1.18. Ecce quatuor cornua. v. 19.*  
*Hæc sunt cornua illa quæ ventilarunt Jehude, Israel & Jerusalem. Figu-*  
*rantur quatuor Reges Israël ac Judam dissipantes, Salmanasser,*  
*Nebucadnezar, Xerxes & Artaxerxes Longimanus, contusi à*  
*Nebucadnezare, Cyro, Themistocle & Cimone, uti Cl. Coc-*  
*cejus putat, aut si malis Abarbenelem sequi, quatuor regna po-*  
*pulo Israëlítico infesta, Babylonium, Persicum, Græcum & Ro-*  
*manum, ab aliis destructa. Apoc. 13. 1. Habebat cornua decem.*  
 Apoc 17.3. habenti cornua decem. v. 12. decem cornua decem  
 Reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem  
 ceu Reges una horâ accipient cum bestia. β. Cornu est imago  
 potentiæ, roboris. Pl. 18.3. Deus meus, *cornu salutis meæ. Mich.*  
 4. 13. *Cornu tuum faciam ferreum, firmabo tuam, ô Sion, potentiam*  
 ad subjugandum hostes post exitum è Babele, *Luc. 1. 69. Erexit*

cornu salutis nobis in domo Davidis. Deut. 33. 17. Cornua unicornis cornua ejus (Josephi) ipsis populos cornu petet fines terra. Coccejus de Constantino M. hostes longe lateque conculcante intelligit. Pl. 44. 6. In te hostes nostros cornu petemus. Tuo muniti auxilio hostes potenter calcabimus, uti boves & cornibus capitis ferire, & unguis pedum impetere solent. Zachar. 1. 21. Levaverunt cornu super terram Jehudæ. Pl. 75. 11. Omnia cornua impiorum confringentur, exaltabuntur cornua justis. 7. Attollere cornu est ferociter superbire, Psal. 75. 5. Ne exaltetis cornu, 7. 6. ne extollatis in excessum cornu vestrum.

Corona, כִּרְמִי, στέφανος. Ornamentum capitis ex auro gemmis, floribus & plantis factum. Est α. insigne regie potestatis ac victoriæ. Pl. 21. 4. Imposuisti capiti ejus coronam auream. Apoc. 6. 2. Et data est ei corona. Apoc. 14. 14. Vidi super nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream. Agunt tria hæc loca de Jesu Christo in folio Patris sedente. Apoc. 3. 11. Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Apoc. 4. 4. habebant in capitibus suis coronas aureas. Sed & in Draconis capitibus septem coronas, Apoc. 12. 3. & super capita locustarum tanquam coronæ similes auro, Ecclesiastici & politici dominii insigne. β. ponitur pro quolibet ornamento. Prov. 14. 4. Mulier fortis corona viri sui. Prov. 14. 24. Corona sapientum divitiæ eorum. Apoc. 12. 1. In capite ejus corona duodecim stellarum. Ecclesiam Judaicam ornat origo ex XII. patriarchis.

Crinis, coma, capilli, pilus. עֵשׂ, βέλις. Tegumentum pariter & ornamentum capitis. Figura fidelium de capite Christo pendentium. Philo Carpathius: Coma & capilli Ecclesie, multitudo sunt populorum Christo credentium. Coma namque pro tegumento data est & capitis ornatu. Cant. 4. 1. Crines tui quasi grex caprarum que aspiciunt de monte Gilead. Cant. 7. 5. coma capitis tui sicut purpura. Vid. Capillus.

Crocus, כַּרְכֹּחַ, κρόκος. Flos flavi coloris, odoris magni, vino aut aqua solutus ad medicinam utilissimus. Vid. Plinium multiplicem croci usum recensentem l. 21. c. 20. Gaudet calcari & pede atteri, pereundoque felicius provenit, juxta fontes & viarum semitas lætissimus. Igitur Philoni-Carpathio croco exercitati virtute patientiæ, & factis charitatis illustres comparantur. Cant. 4. 14. Nardus cum croco.

Cruris, פֶּשַׁע, κνήμη. Crura sustinent totam corporis molem, deque

deque loco in locum portant, atque Coccejo sunt imago virtutum, quibus nixum Christi regnum elevatur: Philoni Carpathio Apostolorum, qui columnarum instar universam Christianorum Ecclesiam per orbem terrarum fortissimè gestant, ob invicti robur animi atque sanctissimi propositi firmitatem columnæ marmoreæ appellati, fundati super firmissima Petra Christo Jesu. Cant. 5. 15. *Crura illius columnæ marmoreæ super basibus aureis fundata.* Justo Orgelitano ipsi sunt sancti domum Ecclesiæ bajulantes, sustinantes imbecilliores fundatique super scripturas sacras. Dan. 2. 33. *Crura ejus ferrea.* Crura sunt infra caput, infra pectus cum brachiis, & ventrem cum femoribus. Sic Romanum Imperium ordine temporis est Babylonio, Persico & Græco posterius. v. 40. Regnum quartum erit forte sicut ferrum. Diducere crura interdum est committere adulterium cum idolis. Ezech. 46. 25. *Diduxisti crura tua omni transseunt.* Esai. 47. 2. *Revela crus.*

*Crystallum*, *κρύσταλλος*. Glacies ex cœlesti humore parvaque nive congelata, lævis valde, nitens, & pellucida. Imago cujuslibet rei, in quam penitissime introspicere possumus. Apoc. 4. 6. *Ante thronum erat mare vitreum, simile crystallo.* Ante solium Christi sunt populi, fide & spe vitri instar consistere facti, per quos uti per vitrum pellucidum Christus perspicit. Apoc. 21. 11. *tanquam Jaspidi simili crystallo.* Apoc. 22. 1. *Et ostendit mihi purum fluvium aque vite, Splendidum tanquam crystallum.* Piscatori Hebræorum כרכר est crystallum. Hinc Esai. 54. 12. *vertit: faciam fenestras tuas ex crystallo.* Schindlero est rubinus, Coccejo gemma incerti nominis. Græci Esai. 54. 12. habent *ῥαυρίς*, ad Ezech. 27. 16. *κρύσταλλος*.

*Cubiculum*, *קבר*, *καμαρίον*, *κμαρίον*. Penetrabile, aut penitus conclave, in quo & somnum capere solemus. Conf. Rom. 13. 13 Joel. 2. 16. *Exeat sponsus de cubiculo suo.* Imago cœli. Cant. 1. 4. *Introduxit me Rex in cubiculo suo.* Christus in cœlum profectus sedes ibi nobis paravit, Joh. 14. 2. 2. *Ecclesiæ in qua Christus quiescit.* Cant. 3. 4. *donec introduxi eum in cubiculum genitricis meæ.*

*Currus*, *רכב*, *כרכב*, *כרכב*, *αμαξα*. Curribus utimur tendentes de loco in locum. Quare α. est effigies fidelium qui Christum per orbem terrarum circumportant. Cant. 1. 9. *Equæ in curribus Pharaonis assimilavi te, ô amica mea.* β. Quia curribus imponi milites solebant, sæpe currus pro exercitu, aut cœlesti aut terrestri, ponitur.

tar. Ps. 68. *Curruum Dei viginti millia.* Cant. 6. 11. *Non novi, anima mea posuit me currus populi mei voluntarii.* Vel, ut Coccejus vertit: Me nescientem anima mea imposuit curribus populi mei voluntarii. Intelligit de Bohemis Hussi sectatoribus, Christum inconsultum in prælia contra satellites Antichristi deducentibus. At secundum Heunischium Christus se profitetur currum populi sui, improvise illum auxilio defendentem adversus hostes. Esai. 66. 15. *Tarquam turbo currus ejus.* Apoc. 9. 9. *Sonitus alarum ipsarum, ut sonitus curruum.* 2. Reg. 2. 12. *Curruis Israelis & equites ejus.*

Cusch, כּוּשׁ, filius Chami, Gen. 10. 6. unde nomen Æthiopiæ post Ægyptum sitæ. Psal. 68. 32. *Cusch manus suas currere faciet Deo.* Esai. 11. 11. *Quod remanebit à Cusch.* Jerem. 13. 23. *Numquid mutabit Æthiops cutim suam?* Ezech. 29. 10. *Usq; ad terminum Cusch.* 2. Cusch est Arabia. Job. 28. 19. Non aquabit eam כּוּשׁ בַּטָּרַת. Junius reddit *topazius Æthiopica*, sed Bochartus *Arabica*, quod nemo veterum meminerit topazii Æthiopiæ, sed Arabica sit notissima. Phaleg l. 4. c. 2. 2. Chron. 21. 16. *Suscitavit itaq; Jehova contra Joram spiritum Philisæorum & Arabum qui erant ad fines Chusæorum.* Bochartus: Palam est, eo loco Chusæos non posse esse Æthiopes, quia nulli Arabes Æthiopibus finitimi sunt præter solos Troglodytas, quos à Judæis determinat Ægyptus interposita. Taceo quod Troglodytas scriptura non vocat Arabes sed Succæos, 2. Chron. 12. 3. *Et paulo infra:* Credo constare luce clarius, Chusæos in iis locis habitasse, quæ supra indicavimus, nimirum supra Ægyptum ad rubri maris sinum intimum, in parte Arabiæ Petrææ & felicis. Unde colligere est, Chusæos eosdem esse cum veterum Scenitis & Saracenis recentiorum. - Scenitæ Chusæi dicti sunt, quia in tabernaculis degebant, ut habetur Habak. 3. 7. Et Saraceniæ latrocinii. Nam Arabice קָרַס est latrocinari. Hæc Bochartus qui & observat, quod Chusitis appellatur Sephora uxor Mosis quæ Madianitis erat, Exod. 2. 16. 21. & quod urbs Madian in Arabia fuerit in maris rubri littore, teste Josepho, Hieronymo & Ptolemæo.

Custos, כּוּשׁ, φύλαξ. Excubitor observans ea quæ sunt in urbe, præsertim nocte. Imago Episcoporum, Sacerdotumque eum dominio Christianis præfectorum. Cant. 5. 7. *Invenerunt me custodes*

*custodes circumueunt civitatem, percusserunt me. Custodes murorum abstulerunt pepulum meum.* Episcopi, Seniores ac Monachi visibilis Ecclesiae sponfam Christi inter eam degentem malè tractarunt, ornamentoque suo spoliarunt. Conf. Esai, 56. 10. 12. Esai. 21. 11. *Custos quid de nocte? custos quid de nocte? v. 12. Dixit custos, venit mane, & etiam nox.* Secundum Cl. Coccejum hisce verbis Idumaei Ismaelitarum finitimi rogant, an mundi lux brevi sit oritura, & custos, i. e. ipse Christus respondet, orituram, sed noctem mansuram quia credituri non sint. Forte custos est ipse profeta, ut Hof. 12. 13. *per profetam custoditus est Israel in Aegypto.* Et Habakuk c. 2. 1. *Super custodiam meam stabo.* 2. Eccles. 12. 3. *In die qua se commovebunt custodes domus.* Quando tremant manus, secundum communem interpretum sententiam. 3. Cognomen Dei. Ps. 121. 3 4. *non dormit custos Israelis.*

*Cyprus, כופר, κύπρος.* Arbor foliis ziziphi, semine coriandri, & flore candido odorato, ut habet Plinius. Cant. 1. 14. *Racemus Cypri dilectus meus mihi, delectat me instar uvæ suavissimi odoris.* Cant. 4. 13. *Plantationes tue cypri cum nardis.* Cant. 7. 11. *Pernoctabimus in cypris.* Coccejus post Vatablum reddit in pagis, villis, nam כפר etiam pagus, villa, vicus est.

## D.

*David, דָּוִד, Δαβιδ.* Rex Israelis, typus Christi. Ps. 89. 4. *Juravi Davidi servo meo.* Ezech. 34. 24. *Servus meus David princeps in medio eorum.*

*Decem, עשרה, עשר, δέκα.* Apoc. 2. 10. *Habebitis afflictionem dierum decem.* Lubet adscribere quæ habet Ludovicus Cappelus ad h. l. *Quomodo Aegyptii Israelitas decies invito quasi Deo detinuerunt & affixerunt, unde etiam decem plagis à Deo affecti sunt; sic Christiani ab Imperatoribus Romanis decem persecutiones gravissimas passi sunt, quarum ultima omnium gravissima annos totos decem servit; Oros. l. 7. c. 25. & 26. Rursus decem dies constant horis CCXL. Jam si annos putes ab LXXXV. ære Christiane anno, circa quod tempus facta est secunda sub Domitiano persecutio, & Johannis Apostoli in insulam Patmon relegatio, in qua scripsit ista, ad annum usq; Christi CCCXXV. quo Licinius à Constantino sublatus est, anni sunt præcise CCXL. Placet quod decem dies de CCXL. annis interpretatur, & quod de X. persecutionibus monet. At*

quæ Christiani Romæ sunt sub Nerone passi, pertinent ad primam periodum: Smyrnenſis autem Angeli fatum est ſecundæ: quare decem Imperatores Chriſtianos vexantes hoc ordine enumerandi, Domitianus, Trajanus, M. Aurelius, Severus, Maximinus, Decius, Valerianus, Aurelianus, Diocletianus & Licinius. Daniel. 7. 7. *Cornua decem erant ei.* v. 24. *Ex ipſo Regno decem Reges conſurgent.* Apoc. 12. 3. *Draco magnus ruſus habens cornua decem.* Apoc. 13. 1. *Tum vidi beſtiam è mari aſcendentem quæ habebat capita ſeptem, & cornua decem, & ſuper cornua ejus decem diademata.* Apoc. 17. 3. *inſidentem beſtie habenti cornua decem,* v. 12. *decem cornua quæ vidisti, decem Reges ſunt, qui regnum nondum acceperunt, ſed poteſtatem tanquam Reges una hora accipient cum beſtia.* & 16. *decem cornua quæ vidisti in beſtia, hi odio perſequentur meretricem.* Coccejo decem hæc regna ſunt Germania, Hiſpania, Gallia, Anglia, Scotia, Dania & Norwegia, Suecia, Polonia, Hungaria, Bohemia. At Scotiæ, Daniæ & Sueciæ regna ſita ſunt extra limites Imperii occidentalis, è quo decem hæc regna oritura prædicuntur. *Joſephus Medus* producit 1. Britones. 2. Saxones in Britannia. 3. Francos in Gallia Belgica & Celtica. 4. Burgundiones in Sequanenſi ac Lugdunenſi. 5. Wiſigothos in Aquitania & parte Hiſpaniæ. 6. Suevos & Alanos in Gallacia & Luſitania. 7. Vandalos in Africa. 8. Alemannos in Rhetia. 9. Oſtrogothos in Pannonia ac Italia, & denique 10. Græcos in reſidua parte imperii. Monet inſuper, extincto à Francis Burgundorum regno, ad complendum numerum denarium, Oſtrogothorum ditionem in duo regna diſſiſſiſſe, dum Longobardi Pannoniam occupavere, & Italiam Oſtrogothi retinere, donec & Longobardi in Italiam à Narſete anno 567. evocarentur. Autor eruditæ diſſertationis de excidio Antichriſti apud Polum ad Apoc. 17. 12. hæc ipſa regna pro decem cornibus habet, niſi quod Græcis ſubſtituat Hunnos in Pannonia, & aliquamdiu per totam Europam dominantibus; Græcum enim Imperium haud fuiſſe è decem cornibus, ſed dimidiam partem capitis ſexti, ſive Cæſareani à Constantino bipartiti; caput autem ſeptimum decacorne coronatum è latebris non prius emiſſiſſe, quam ſextum lethaliſſe vulneratum decidiffet. Hoc autem vulnus à Barbaris inſiſſum Imperio Occidentali, non Græco ſive Orientali, quod per multa poſtea ſecula duravit, uſque ad excidium à Turcis illatum.

Dein

Dein hoc imperium non obtinuisse regnum eum bestia, sed per centum plus minus annos ante ejus exortum. Tertio, Græcos potestatem suam bestia non tradidisse, sed Romano Pontifici plerunque restitisse. Et quia hoc Imperium orientale ante 200. annos è vivis exierit, ad meretricis exitium vires conferre non posse, quod de decem cornibus dicitur.

*Decima*, עשרית, *denariorum*. Pars Deo consecrata. Esai. 6. 13. *Verum adhuc in ea erit decima, & revertetur.* Aliqui è natione Judaica ad Christum Jesum convertentur, ac decimæ instar portionis Deo consecrabuntur. Apoc. 11. 13. *Decima pars urbis cecidit.* Corruet Roma hodierna, quæ fere non est nisi decima pars Romæ veteris, *Medus*. Coccejus intelligit de seculi præteriti bellis extialibus Gallia, quæ decimum est regnum Antichristianum.

*Defectio*, פגם, *δυσωστία*. Discessio à pura Christi doctrina & vero cultu ad idolorum venerationem, ad errores & superstitionem Antichristianam. 2. Thess. 2. 3. *quin venerit defectio prius.* 1. Timoth. 4. 1. *Spiritus disertè dicit, quod postremis temporibus quidam deficiant à fide.*

*Denarius*, δηνάριον. Continet decem asses, estque imago temporalis præmii Christianorum. Matth. 20. 2. *In singulos dies denario.* 7. 9. *Acceperunt singuli denarium.* 2. Præmium datum avaris Clericis sacra officia vendentibus. Apoc. 6. 6. *Chænicæ tritici denario, & tres chænicæ hordei denario.* Plutarchus in Antonio: *Chænicæ tritici Atticam 50. drachmis ajunt venisse. Panes hordeaceos ad argenti pondus distrabebant.*

*Dens*, נשך, *δὲς*. Est α. instrumentum mandendi & conterendi cibos, figuratque mentem cibum animæ bene digerentem, verbum Dei diligenter scrutantem. Cant. 4. 2. *Dentes tui ut grex equalium quæ ascendunt de lavacro.* Cant. 6. 5. *Dentes tui ut grex agnorum ascendentium de lavacro.* Dentium æqualitas & mundities est æquabilis & pura doctrinæ salutaris consideratio. β. Instrumentum mordendi ac lædendi, & ponitur pro armis bellicis, item pro sermonibus mordacibus. Dan. 7. 7. *Bestiæ quartæ, dentes ferrei magni.* Joel. 1. 6. *Dentes ejus dentes leonis.* Apoc. 9. 8. *Locustarum dentes ut leonum.* Prov. 30. 14. *Est generatio cujus dentes sunt gladii.* Psal. 57. 5. *Jaceo inter filios hominum, quorum dentes ut lancea & sagitta.* γ. Stridor dentium est signum anxii pavoris atque indignationis & ira



iræ conceptæ. Matth. 8. 12. *Filii regni ejicientur in tenebras extremas, illic erit ploratus & stridor dentium.* Frendere dentibus similiter est irasci, invidere. Pf. 37. 12. *Frendet adversus eum dentibus suis.*

*Desertum*, דֶּשֶׁרֶת, דֶּשֶׁרֶת. Effigies paganissimi, regionis incultæ, in quam semen verbi divini projectum non est. Cant. 3. 6. *Quæ est ista quæ ascendit à deserto, sicut columna fumi?* Intelliguntur testes Christi ob Evangelium vivi combusti in Imperio Pagano. Esai. 32. 15. *Desertum erit ut Carmel.* Esai. 35. 1. *Letabuntur desertum & inivi.* Esai. 41. 18. *ponam desertum in stagnum aquarum.* Ezech. 34. 25. *In deserto habitabunt confidenter.* Apoc. 12. 6. *Mulier fugit in desertum.* Apoc. 17. 3. *Abstulit me Spiritu in desertum,* in Romanum imperium Christianiano paganum.

*Dextera*, יְמִינִי, דֶּקְרָא. Dexterae latus sinistro honorati 1s. Pf. 80. 18. *Sit manus tua super virum dexterae tuae,* super Christum sedentem ad dexteram Patris. Pf. 110. 1. *Sede ad dexteram meam.* 2. Manus dextera robustior sinistra & frequentioris usu, inde pro robore & potentia sumitur. Pf. 89. 26. *Ponam in fluminibus dexteram ejus.* v. 43. *Exaltasti dexteram hostium ejus.* 3. Stare ad alicujus dexteram est ei vel adversari vel auxiliari velle Zach. 3. 1. *Satan stabat ad dexteram ejus, ut adversaretur ei,* Pf. 109. 30, 31. *Celebrabo Jehovaham quod stat ad dexteram pauperis.*

*Dies*, יוֹם, יוֹם. I. Tempus ac status Novi testamenti post ortum justitiæ solem, opponiturque statui ac tempori veteris testamenti & paganismo, ubi lumen mundi nondum venit, unde nox appellatur. Rom. 13. 12. *Nox progressi est, dies autem appropinquavit,* v. 13. *tanquam in die compositè ambulemus.* 2. Petr. 1. 19. *Usq; dum dies illucescat,* Conf. 1. Theff. 5. 5. Cant. 2. 17. & 4. 6. *donec aspires dies, & fugiant umbræ,* donec videam Christum solem meum. II. Dies quandoque est dies certus, patrando operi magno & singulari destinatus. 1. Cor. 3. 13. *Dies declarabit,* dies excidii Hierosolymitani per Romanos. Joel. 2. 1. *Venit dies Jehovæ,* dies excidii per Chaldaeos. v. 31. *antequam veniat dies Jehovæ magnus & horribilis,* quo Romani comburent Hierosolymas. III. Sumitur pro anno. Ezech. 4. 5. *Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum juxta numerum dierum, trecentos & nonaginta dies.* v. 6. *Et expletis his dormies super latus tuum dextrum secundo, & portabis iniquitatem domus Jebudæ quadraginta diebus, dicm pro anno,*

anno, diem pro anno, dedi illud tibi. Num. 14. 34. Juxta numerum dierum quibus explorastis terram ipsam, 40. diebus, die pro anno, die pro anno. Apoc. 11. 3. Profetabunt diebus mille ducentis sexaginta, quot dies accurate respondent quadraginta duobus mensibus, quibus gentes calcant atrium, & quibus bestia durat post sanatum lethale vulnus. v. 2. & c. 13. 5 Apoc. 12. 6. ut ibi nutriant eam diebus mille ducentis sexaginta. Definire horum annorum initium ac finem est perdifficile. Petrus Molinæus credens non considerari heic nisi terrenam Papatum potestatem, descendit ad annum Christi 755. quo Pipinus Aistulium Longobardorum Regem Stephano III. coegit exarchatu Ravennæ cedere, ante quem Papam & Regem Episcopi Romani, licet ambiciosissimi, sola spiritualia tractarint. Medus observat ex Apoc. 17. 12. decem Reges accepisse potestatem unâ cum bestia, eoque ad tempus antierius ascendit. Verba ejus è Polo ad Apoc. 11. 2. adscribam: *Epocha autem sive initium Antichristi, & temporum Apostaticorum, sumendum est à remotione τῆς κατ' ἄρχοντος, 2. Thess. 2. 6-8. vel quod idem est, à plaga mortifera capitis sive dominatus Romanae bestiae, & divisione imperii in plura regna, plagam illam sequente, Apoc 13. 3. coll. cum 17. 12. h. e. ab insigni aliquo gradu fatalis plagæ, sive ruinae capitis Cesareani, sive dominatus imperialis Romæ, sed cum latitudine aliqua. Duplex enim erat plaga Cesareana, 1. religiosa seu sacra, ut erat draconicola, per deturbationem Draconis &c. 2. politica per ruinam status atque majestatis. Utrique Antichristus, ut videmus, medicinam fecit, primæ per novam idololatriam; secundæ per tyrannidem ejus usurpatam si incipiant hi menses inter annos 365. & 455. ut credibile est, desinent inter annos 1625. & 1715. Certè anno 476. Augustulus ab Odoacro Herulorum Rege est superatus, & cum eo periit Imperium occidentale, inde si numeres 1260. annos, pervenies ad annum 1736. Apoc. 11. 9. Et videbunt de tribubus & populis & linguis & gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium, vs. 11. & post tres dies ac dimidium spiritus vitæ à DEO intravit in eos, ubi tres dies cum dimidio sunt tres anni cum dimidio, sive 42. menses, qui resoluti in dies mysticos faciunt 1260. annos, quibus duo testes sacco induti profetant, & dum testandi officio funguntur, à bestia superati occiduntur. IV. Credo, Danieli diem quibusdam in locis & naturalem & mysticum diem, i. e.*

annum, simul significare. Cap. 12. 11. *A tempore autem quo ablatum fuerit iuge sacrificium, ad ponendam abominationem stupendam dies mille ducenti & nonaginta, & 12. Beatus qui expectaverit & venerit usque ad dies mille trecentos & triginta quinque.* Dies 1290. conficiunt tres annos septemque menses. Cl. Jungmannus initium illorum figit ad diem 15. noni mensis Judaici Casleu, anni Græcorum 145. (exclusum tamen) quo Antiochus Epiphanes sacrificium iuge in templo Hierosolymitano abolevit, & Jovem Olympium in altari collocavit; 1 Maccab. 1. 57. *Si nunc (sunt verba auctoris) ab hoc die decimo sexto mensis Casleu inclusive porro numerentur 1290. dies illi qui prædictam summam primam conficiant, incidet dies ultimus hujus summae in diem centesimum quintum anni Græcorum 149. quo anno & Syri Judæa tota, præter arcem Sionis in qua præsidium habebant, virtute Judæ Maccabæi fuere ejecti, & Antiochus mortem obiit. Summam posteriorem dierum 1335. qui faciunt annos tres, menses octo & dimidium, subordinat priori ac terminat cum die ultimo anni 152, quo pacem sunt consecuti, postquam anno 150. Antiochus Eupator, Epiphanis filius numerosum contra Judæos exercitum eduxit, & Demetrius Eupatoris successor anno 151. per Nicanorem, annoque 1652. per Bacchidem Judæos vicit, occiso & Juda Maccabæo. Sed ab anno 153. nullam porro victoriam Syri de Judæis reportavere. Josephus Medus, & ex eo Henricus Morus, secundum stylum profeticum per dies intelligunt annos, atque arbitrantur, numerum priorem 1290. includi posteriore 1335. sic ut posterior nonnisi 45. annos priori addat. Calculi hujus profetici epocha non est ultima Jeros. desolatio ad finem 70. hebdomadam, ut nonnulli volunt, sed templi Jerosol. ab Antiocho profanatio; & quidem convenientissime, ut ita typus Antichristi ad Antichristi manifestationem nos manu ducat. Eam enim memorat tanquam rem Danieli notam: & quam paulo ante descripserat, idq. iisdem verbis, Dan. 11. 31. Respondet porro eventus. Prior numerus (1290.) à profanatione Epiphaniana numeratus exit ad annum Domini 1123. Posterior (1335.) ad annum Domini 1168. sed cum peccatum illud desolationis ultra sexennium duraverit, hæc incommode à singulis ejus annis duci potest calculi profetici initium, atque ad totidem annos in exitu terminari. Anni autem quos jam posui à medio sexenni numerantur quando iuge sacrificium sublatum est, anno ante æram Christianam 167.*

Anno Christi nati 1106. sparsa erat fama (inquit Urspergensis apud Baroni-  
um) de adventu Antichristi, nata ut credibile est, ex supputatione dierum  
Danielis. Addit Baronius, fuisse opinionem non vulgarium virorum, Anti-  
Christum illo seculo fore revelandum. Anno Domini 1120. quorundam fide-  
lium nomine prodit tractatus de Antichristo, in quo eum esse meretricem Ba-  
bylonicam, sive papatum asseruerunt, adeoque secessionem ab eo fecerunt.  
Inter annum Christi 1160. & 1170. innumeri homines Waldenses, Albi-  
genses &c. ab Ecclesia Romana, tanquam meretrice Babylonica, secessionem  
fecerunt. Enimvero quia Antiochus Epiphanes typus est Anti-  
christi, haud licet dubitare, tempora quibus est Epiphanes gras-  
fatus, adumbrare ævum Antichristi. Quare cum epocha dierum  
Antiochi incidat eum in annum, quo Jovis Olympii idolum fuit  
in templo Hierosolymitano collocatum, rectè annos 1335. ordi-  
mur ab eo tempore, quo imaginum & reliquiarum in Ecclesiam  
Christianam cultus est introductus, i. e. à medio circiter seculo  
V. unde spem meliorum fatorum prudentius ad proxime secu-  
turi seculi finem rejicimus. V. Zach. 14. 7. *Et erit dies unus, is  
notus Jehovæ, non dies, non nox.* Erit dies continuus citra noctis vi-  
cissitudinem, populus Dei illustratus cognitione veritatis non  
porro incidet in tenebras errorum, neque habebit nisi læta tem-  
pora. Conf. Esaj. 60. 20. Apoc. 21. 25.

Digitus, יָדָא, Δάκτυλος. Membrum manus, in qua ho-  
minis robur sedet, unde virtutis ac potentiae imago. Ps. 8. 4.  
*Quum video caelos tuos, opus digitorum tuorum.* Luc. 11. 20. *Quod si digito  
Dei ejicio demonia.*

Diluculum, שָׁרָר, ὄφελος. Lux prima ex oriente sole, amœ-  
na valde & salubris ac pulchra. I. Typus Ecclesiae è tenebris An-  
tichristi emergentis. Cant. 6. 9. *Quæ ista quæ ascendit velut diluculum.*  
II. Felicitatis post calamitates. Esaj. 58. 8. *Tunc erumpet veluti dilu-  
culum lumen tuum.* Hof. 10. 15. *In diluculo, succidendo succidetur Rex  
Israelis,* Coccejus de Rege Angliæ Carolo I, post pacem Mona-  
steriensem necato, & Rege Sueciæ post expugnatam Germa-  
niam occiso, intelligit. Conf. Esaj. 33. 7. III. Hof. 6. 3. *Egressus  
ejus ut diluculi confirmati.* Jehova cognoscentes ipsum illuminat,  
dispellens tenebras mentis eorum. Vid. *Aurora.*

Domus, בַּיִת, οἶκος. Imago Ecclesiae in quâ Deus habitat.

Cant. 1. 17. *Trabes domorum nostrarum cedrinae.* In cœtibus nostris sunt fideles firmi, corruptioni haud obnoxii. Cant. 3. 4. *Prehendi eum, nec dimisi eum, donec introduxi eum in domum matris meae, & in cubiculum genitricis meae, donec meo exemplo ac studio gentes pariter & Judæos adduxero ad sponsum, ut in iis habitet maneatque.* Cant. 8. 2. *Introducam te in domum matris meae.* Doctrinam tuam inferam illas in regiones, in quibus vera Ecclesia olim habitavit. 1. Petr. 2. 5. *Ipsi quoque, velut vivi lapides, edificemini domus spiritualis.* 2. Typus Corporis humani, in quo habitat mens. Job. 4. 19. *Qui habitant domos luteas.* 3. *Donus in terra Sinear.* Zach. 5. 11. est sedes Antichristi in Babylone mystica.

*Dormio, דרם, נאבדו.* I. Quia dormiens secunda fruitur quiete; ponitur pro securum esse, non attendere ad ea quæ fiunt. Cant. 5. 2. *Ego dormiebam.* Pace accepta intermisi laborem, officii & periculi oblita quieti me dedi, ut carni gratificarer. Matth. 13. 25. *Dormientibus hominibus venit illius inimicus, dum Ecclesiæ pastores post datam à Constantino pacem securè agerent, neque ingruentes errores ac superstitiones observarent.* Matth. 25. 5. *Tardante sponso dormitaverunt omnes, ac dormierunt.* Eph. 5. 14. *Evigila qui dormis.* 1 Thess. 5. 6. *Proinde ne dormiamus.* v. 7. *nam dormientes nocte dormiunt.* II. Notat immunitatem à periculo. Ezech. 34. 25. *Dormient in sylvis.* Hos. 2. 18. *Dormire faciam eos secure.* III. Dormire est mortuum esse. Joh. 11. 11. *Lazarus amicus noster dormit.*

*Draco, דראן, אדראן.* I. Effigies Diaboli, Christo Regi adversantis, Apoc. 12. 3. *Ecce Draco magnus rufus, Satanas Monarchiæ Romanæ Dominus, cardibus sæviens.* v. 4. *Draco stetit ante mulierem parituram, circumsidebat populum Judaicum satanas, Christi nati vitæ per Herodem perque Sacerdotes ac Seniores insidians.* v. 7. *Michael & Angeli ejus preliabantur cum Dracone, & Draco pugnavat ejusque Angeli.* Satanas regnum cœlorum omni modo oppugnare est molitus, at frustra. v. 9. *& projectus est Draco ille magnus è cœlo in terram, post deleta fidelium Judæorum peccata fuso Christi sanguine, haud porro ausus est Satanas illos accusare legis occasione coram solio Dei.* Conf. Luc. 10. 18. *Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem.* Joh. 12. 31. *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.* Coccejo Satanas fuit in cœlo Ecclesiæ Judaicæ dum

per Sacerdotes ac Seniores fedit in sede Mosis, at post repudiatum à Deo populus Judaicus desit cœlum esse, nec reputatur nisi terra. *v. 17. Et iratus est Draco contra mulierem. Apoc. 5. 2. Et dedit ille Draco virtutem suam. v. 4. Et adorabant Draconem.* Plutarchi, in C. Cæsare: *Pampinis tentoria festa diem agitantes mulieres contegunt, ac facer Draco ex fabula ad pedes Deæ (Bonæ) jacet. v. 11. loquitur ut Draco, Deos & sanctos ejus criminatur, impia jubet, mentitur.* II. Designat Regem Ægypti, & quoscunque alios principes regno Christi adversantes, Satanæ vicarios ac ministros. *Pf. 91. 13. Conculcabis catulum leonis Et Draconem. Pf. 44. 20. Quum contrivisti nos in loco Draconis, secundum Coccejum, in Imperio Romano & Babylone mystica. Pf. 74. 13. Confregisti capita Draconum vel cetorum in aquis.* Esaj. 51. 9. *Excidit Ægyptum, dolore affectit Draconem.*

*Dulcis*, מֵדוּלְסָא, מֵדוּלְסָא, γλυκὺς. Ponitur pro grato, accepto. *Pf. 119. 103. Quam dulcia sunt palato meo eloquia tua? Cant. 2. 3. Fructus ejus dulcis palato meo. v. 14. Vox tua dulcis. Ezech. 3. 3. Volumen fuit in ore meo sicut mel præ dulcedine. Apoc. 10. 9. in ore tuo erit dulcis tanquam mel. v. 10. erat in ore meo dulcis tanquam mel.* Est quidem suavis meditatio scripturæ fata Ecclesiæ prædicentis: at consideratio terribilium judiciorum non potest non dolorem afferre.

*Duodecim*, עָשָׂר וְשְׁנַיִם, δώδεκα. Numerus sacer ob XII. Patriarchas & XII. Apostolos. *Apoc. 12. 1. In capite ejus corona stellarum duodecim. Conf. Gen. 35. 9. Ecce sol Et luna, Et undecim stellæ incurvabant sese mihi. Apoc. 21. 12. Et habebant murum magnum Et altum, habentem portas XII. Et in portis Angelos XII. Et nomina inscripta, quæ sunt nomina XII. tribuum filiorum Israël. v. 14. Et murus civitatis habens fundamenta duodecim, Et in ipsis duodecim nomina Apostolorum Agni. Apoc. 21. 2. Lignum vitæ afferens, fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum. Apoc. 7. 5. Ex tribu Juda XII. millia signati. Sc. Eleganter Medus: Numerum signatorum quod attinet, duodenarius numerus Apostolici generis insigne est; qui tribuum tam singularum quàm universarum millenos multiplicando progeniem denotat Apostolicam; progeniem puta licet in plures millenos auctam, minime tamen degenerem, sed parentes suos fide & sanctitate exprimentem. *Clavis Apocalypt. p. 56. Bis duodecim, Patriarchæ scil. & Apostoli, sunt viginti quatuor Seniores. Apoc. 4. 4.**

*Ebrius*, שכר, שׂכור, μέθυστος, μεθύων. Oppressus vino ut nihil sentiat. Notat α. eum qui voluptatibus affluens opera Dei non observat, nullumque rerum divinarum sensum habet. Esai. 29. 9. *Ebrii sunt, & non vino.* β. Qui poculum iræ divinæ largiter gustavit. Esai. 51. 21. *Audi nunc hoc inops, & ebria, neque à vino.* γ. 22. *tuli de manu tua calicem tremoris.* γ. Amantem occidere. Apoc. 17. 6. *Vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum.* Vid. *Inebrio.*

*Ebur*, יָבֵן, ἐλέφανς. Dens elephantis pretiosus, nitens, albus & valde solidus. Imago constantiæ, pulcritudinis, sanctitatis. Cant. 5. 14. *Venter ejus candidum ebur.* Corpus Christi sanctum & innocens, peccatis haud rubens. Cant. 7. 4. *Collum tuum velut turris eburnea.* In laudabili proposito constanter perseveras, pulcre inter alios enitens. Cocejus de Bohemis indicari putat. Pl. 45. 9. *Vestimenta tua præ palatiis eburneis.* 2. Ebur & vas eburneum recensetur inter merces Tyri, Ezech. 27. 15. & Babylonis mysticæ, Apoc. 18. 12. notatque Henrico Moro imaginem eburneam.

*Edom*, עֲדוֹם, ἑδωμ. Sic appellantur Esavi posteri, Israëlitis valde infensi, à Juda Maccabæo victi, & ab Hyrcano Judæorum Principe ac pontifice subjugati. Ipse Esavus Edom, rufus, cognominatur, Gen. 36. 19. Significantur hac voce α. Judæi. Esai. 63. 1. *Quis iste qui venit de Edom, rubras vestes habens de Bozra?* Vid. Bozra. Joel. 3. 19. *Edom erit in desertum solitudinis.* Quia nullus populus Idumæus superest his temporibus, de quibus loquitur profeta, alius intelligi necesse est, Idumæo similis, aut eam plagam occupans. Cocejus Judæos ac Turcas innui putat, Judæi Romanos. Kimchi apud Buxtorf. ad vocem עֲדוֹם *Quicquid profeta dixerunt de vastatione Edom, in ultimis diebus, id de Româ intellexerunt.* Etiam Piscator de papistis explicat l. Esai. 34. 7. *Super Edom descendet gladius meus.* Judæorum aliqui nugantur, Julium Cæsarem ac Titum Vespasianum fuisse ex Idumæa gente, alii criminantur impiè, animam Edomi, vel Esavi, transiisse in Christum. Cl. Buxt. l. c.

*Effractor*, פִּרְץ, פָּרַץ, Ἀφρόδωτος. Januam, aut aliud quod clausum est, vi referans ut rumpatur. Imago Victoris omnia murta loca perumpentis. Mich. 2. 13. *Ascendet effractor coram iis, ante adventum Regis Messiaë populus Judaicus, Syriam, Moabitidem,*

dem, Idumæam, aliâque loca vicina vi occupabit. Superatis omnibus obstaculis. 2. Ponitur pro homine violento, vincula divinæ legis perrumpente, item pro latrone. ἀκόλαστον, βίαν, ληστήν. Dan. II. 14. *Filii effractorum populi tui.* Jer. 7. 11. *Num spelunca (latronum) effractorum domus hæc?* Pl. 17. 4. *Observavi itinera effractoris, ne in ea aberrarem.*

*Effundo*, שפך, ἐκχέω. Rem liquidam è vase in vas copiosè mittere, sumitur α. pro copiosa distributione. Esai. 44. 3. *Effundam aquam super sitientem, & fluentia super aridam: effundam Spiritum meum super semen tuum.* Joel. 2. 28. *Effundam Spiritum meum.* β. pro rei solidæ dissolutione, vel colliquatione. Pl. 22. 15. *Ut aqua effusus sum, corpus meum sensu ardentis iræ Dei colliquefcit.*

*Elam*, אֵילָם, ἐλάμ. Filius Semi, pater Elamitarum, aut Elymæorum, i. e. Persarum, hinc & pro Persis accipitur, estque Elymais pars Persiæ. Esai. 21. 2. *Ascende Elam, obside Media.* Persæ & Medi occupate Babylonem. Jer. 49. 35. *Confringam arcus Elam, per Græcos.* v. 39. *In novissimo dierum reverti faciam captivitatem Elam.* Coccejus de futura Persarum conversione ad Christum prædici autumat: saltem Persas è Græcorum ac Romanorum servitute vindicatos, potenter regnare jam novimus. Act. 2. 9. *Parthi, Medi, & Elamitæ, Judæi inter hosce populos dispersi.*

*Elapido*, אֶלֶפֶד, τὸς λίθους ἀγρίπτω. Lapides amoveo ex agro, ut facilius proveniat fructus. Notat sublationem è medio hominum improborum qui aliis impedimento sunt, ne fructus fidei ac respiscentiæ proferant. Esai. 5. 2. *Elapidavit vineam.* Esai. 62. 10. *elapidate viam, removete obstacula, ut Christus ad vos intret.*

*Elias*, אֵלִיָּהוּ, Ἠλίας. Profeta Achabi tempore florens, Johannis Baptistæ imago. Malach. 4. 5. *Ecce ego mitto vobis Eliam.* Matth. II. 14. *Ipse est Elias ille qui venturus erat.*

*Emacio*, אֶמְצִי, ἐξίχναινω. Paulatim alterum carne, tandem & vita privare, est paulatim abolere. Zeph. 2. 11. *Quum emacia-vero omnes Deos terræ.*

*Emo*, אָמַן, אָמַן, אָמַן, ἀγορίζω. Acquiro rem soluto pretio illa digno. Notat α. studio & cura rem sibi comparare. Prov. 23. 23. *Veritatem eme, & ne vendas.* Esai. 55. 1. *Venite, emite sine argento, sine pretio vinum & lac.* Ita monentur Christiani, qui bonis



nis terrestribus cœlestia sibi student comparare sub Antichristo. Hof. 3. 2. *Emi eam mihi quindecim argenteis, multis beneficiis populum Israeliticum mihi comparavi.* Matth. 13. 44. *Omnia quæ habet vendit emitq; agrum illum, associat se Ecclesiæ, veram doctrinam profitenti, & purum Dei cultum præstanti, cum jactura omnium bonorum.* v. 46. *Vendidit omnia quæ possidebat, & emit illam margaritam.* Apoc. 3. 18. *Consulo tibi emere à me aurum.* β. Significat emtionem cœtus Antichristiani, qui pecunia & aliis opibus emunt remissionem peccatorum, & alia bona spiritualia. Apoc. 18. 11. *Mercos eorum nemo emit amplius.* Apoc. 13. 17. *Ne quis possit emere aut vendere, nisi qui habeat characterem, aut nomen bestie.*

Engeddi, עִיֵּד, Civitas tribus Judæ, Josepho teste, Asfaltitæ lacui vicina, cujus ager egregia palmota fert & balsamum, ac præstantissimi generis vites. Cant. 1. 14. *Racemus Copher dilectus meus mihi in vineis Engedi.* Ezech. 47. 10. *Stabunt juxta illum (torrentem) piscatores: ab Engedi usque ad En-eglaim expansio retum erunt.* Accolæ lacus Asphaltitæ convertentur ad Christum per Evangelii præconium.

Ensis, חֶרֶב, μάχαιρα, πομφακά. Est instrumentum ferendi alterum, cædendi ac necandi, figuratq; media quibus Deus & Christus homines sive volentes sive invitos sub suam redigit potestatem. Ps. 45. 4. *Accinge enses tuum super femur, o potens.* 2. Peculiariter notat verbum Dei penetrans ad intimam mentem. Apoc. 1. 16. *Ex ore ejus prodibat ensis anceps.* Apoc. 2. 12. *Hæc dicit qui habet enses utrinque acutum.* V. S. N. T. Hebr. 4. 12. *Sermo Dei penetrantior quovis gladio ancipiti.* Cant. 3. 8. *Omnes ipsi tenent gladium, docti bellatores, uniuscujusque ensis super femur suum.* Asseclæ Christi pugnant verbo Dei contra Diabolum ejusque satellites. Eph. 6. 17. *Accipite gladium spiritus, h. e. verbum Dei.*

Epha, אֵפָה, LXX. μέτρον, ad Zach. 5. 7. & τεία μέτρον, ad Esai. 5. 10. Mensura rerum aridarum, velut farinæ, è qua panis coquitur. Ponitur pro copia bonorum temporalium cupide expetitorum in Ecclesia pace fruente. Zach. 5. 6. *Est epha quæ progreditur, dixitq; hic oculus ipsorum in tota hac terra.* Christiani pace fruentes intendunt oculos ad opes colligendas. v. 7. *Eccè mulierem unam sedentem in medio Epha, Clerum Antichristianum divitiis*

divitiis & opibus affluentem. v. 8. *duæ mulieres - efferebant Epham illam inter cælum ac terram*, Clerus eique favens civilis potestas in immensum augebant opes Ecclesiæ.

*Ephesus*, ΕΦΕΣΟΣ, celebris Græciæ urbs. Angelus cætusque Ephesinus est imago Ecclesiæ periodi primæ à Christo resuscitato ad Domitianum. Apoc. 2. 1. *Angelo Ephesinæ Ecclesiæ scribe.*

*Ephraim*, ΕΦΡΑΙΜ, Josephi filius secundus, Manassi primogenito ab avo Jacobo prælatus ob hereditatem amplio- rem, Gen. 48. 19. 20. nomen dedit integræ tribui ab eo oriundæ, potenti admodum ac populosæ, bello tamen quandoque victæ. I. Opponitur tribui Manassis, eque Cocceji mente adumbrat Ecclesiam occidentalem. Verba ejus hæc sunt §. 1658. ad ultima Mosis. *Denique dividit Ecclesiam ut terræ dominam in duas familias, Ephraimum natu quidem minorem, sed numerosiorem & potentio- rem; & Manassem, vetustiore quidem sed minus abundantem. Ita Christi- anam populi duas partes, Occidens & Oriens. Ille posterior, sed potentior; hic minor aut certe diminutus. Deut. 33. 19. Decem millia Ephraimi, mil- lia Manasses. Esai. 9. 21. Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen, simul ipsi contra Jehuda. Regnum X. tribuum sæpius dilacerabatur fac- tionibus, quandoque & contra regnum Jehuda bellabat. Pa- riter in Imperio idololatriæ sunt erantque perniciosæ factiones, quæ post adversus Ecclesiam veram conspirant. II. Opponitur tribui Judæ, & repræsentat Græcos itemque Lutheranos. Esai. 11. v. 13. *Recedet Jesus Ephraimi, & hostes Judæ excidentur; Ephraim non emulabitur Judam, nec Judæ oppugnabit Ephraimum. Quam sapienter & moderate ad h. l. Coccejus: Non difficile est in Ecclesia Christiana animadvertere similem invidiam. Verbi causa. Constantinopolitani Episco- pi in Romanum. Non necesse est præterea querere, annon in alia quadam Ecclesia divisione invidia & Zelotypia alterius partis animadversa sit, quæ vix ferre potuit, ut alteri parti pax & securitas daretur, h. e. ipsa vita & fortuna relinquerentur. Certe Græcorum à Latinis dissensiones, ac Protestantum inimicæ scissiones in vulgus notæ sunt, tamen abolendæ melioribus quæ expectantur temporibus. Hof. 4. 17. Associatus est idolis Ephraim, missum eum fac. Coccejus iterum: Di- ctum profeta potest intelligi de his, qui & communionem habent cum idolo- latriis in dogmatibus quibusdam, & in ipsis imaginibus, quid enim verissimi-**

lius est, quam ut ii qui habent imagines cum idololatriis in Ecclesia ad docendum, sint socii idololatrarum? Et si quid omnino est quod idolum nuncupari possit: tum conjunctionem & fedus cum iisdem, etiam cum abominatione fratrum. Circa illos præcipitur, ut omittant eos. Vult non queri magno studio unionem cum illis, qua sine præiudicio veritatis fieri non poterat.

Equus, equa, equitium, אִוִּן, אִוִּוִּן, ἵππος. Animal inserviens trahendis curribus, vehendisque hominibus, cum extra bellum tum in præliis. Est α. figura hominis vel catus pii, super quo Christus per orbem vehitur. Cant. 1. 9. Equitio in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea. Ut equi Regem Pharaonem eurrui insidentem hinc inde vehunt: ita tu, Ecclesia prima, nomen meum per orbem terrarum circumfers. Conf. Ps. 45. 5. Equita super verbum veritatis. Apoc. 6. 2. Ecce equus albus, Apostoli ceterique Evangelii præcones, quibus insidens gloriae Rex totum pervadit mundum ceu Victor. Zach. 10. 3. Gregem suum ponit ceu equum, cuius gloria in bello est. β. In genere est imago turbæ aut populi cui quis insidet, & qui instar equi ab eo regitur. Apoc. 6. 4. Prodiit alius equus rufus, exercitus bellici, fuso rufi sanguine. v. 5. Ecce equus niger, Ecclesia cibi salutaris indiga ob doctorum avaritiam. v. 8. Ecce equus pallidus, multitudo à mendaci & superbo doctore seducta à via vitæ. Zach. 6. 2. In quadriga prima equi rufi, & in quadriga secunda equi nigri. v. 3. In quadriga autem tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varii, fortes. Equi rufi sunt Romani Cananæam sæpe invadentes ac tandem Remp. Judaicam destruentes, occisis multis Judæorum millibus. Equi nigri sunt Medi & Persæ Judæis graves & incommodi. Albi sunt Græci sub Alexandro M. Judæis favente. Varii sunt Lagidæ & Seleucidæ in Ægypto bella moventes. Apoc. 9. 17. Vidi equos per visionem & ipsorum sessores habentes thoraces igneos. Populos Antichristianos eorumque rectores, contra veritatem munitos. Medio est equitatus Turcicus. γ. Sumitur pro omni apparatu bellico. Mich. 5. 10. Succidam equos tuos de medio tui. Zach. 12. 4. Percutiam omnem equum stupore. Hos. 1. 7. Non servabo eos equis & equitibus. Esai. 31. 1. Equis innituntur. Hos. 14. 4. Equis non insidebimus. Error, ἁμαρτία, πλανόημα. Hinc inde vagor, ob rectæ viæ ignorantiam. Est α. dispergi, dissipari. Ps. 107. 4.

*Errarunt in deserto*, Judæi in Romano Imperio sunt hinc inde dispersi, Coccejus. β. Segregari à Deo, à via salutis. Jerem. 50. 6. *Pastores eorum fecerunt eos errare.* Esai. 53. 6. *Ut oves erravimus.*

*Esurio*, רעב, πεινάω. Esuriens cibum quidem expetit, at non habet, ideo ponitur pro inopia bonorum, sive terrestrium sive cœlestium. Esai. 65. 13. *Servi mei comedent, & vos esurietis.* Esai. 49. 16. *Neque esurient, neque sitient.* Apoc. 7. 16. *Non esurient amplius, neque sitient amplius.* Luc. 1. 53. *Esurientes implevit bonis.* Joh. 6. 35. *Qui venit ad me non esuriet.* Luc. 6. 25. *Va vobis qui saturati estis, quia esurietis.*

*Euphrates*, פרת, Ευφράτης. Mesopotamia fluvius in quinque alveos divisus, ad quorum unum, dictum Sur, Babylon sita erat, Bochart. Ex Medi opinione significat Turcas, qui ad Euphratem regnum constituere in quatuor Sultaniis partitum; Coccejo incolas Babylonis mystica, turbam Antichristianam. Apoc. 9. 14. *Solve quatuor Angelos qui alligati sunt in flumine magno Euphrate.* Apoc. 16. 12. *Et sextus Angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphratem, & siccata est aqua ejus, ut prepararetur via regum ab ortu solis.* Mystica Babylonis potentia est fracta, ut Reges orientales invenirent viam, primum ad bellum faciendum, tum & veniendi in regnum Dei. Coccej. Conf. Esai. 11. 15. & 19. 23.

*Exundatio*, שׁוּב, κατακλυσις. Impetus aquæ aggeres rumpentis, Dan. 11. 22. *Brachia exundationis sunt exercitus violenta irruptione omnia pervadentes.*

F.

*Faber*, חרש, τέκτων. Opifex duram parans materiam. Imago instrumenti severa Dei judicia exequentis. Esai. 54. 56. *Ecce ego creavi fabrum sufflantem in igne prunas.* Ezech. 21. 31. חרשי משיבא fabri perditionis. Zach. 1. 20. *Ostendit præterea mihi Jehova quatuor fabros. & 21. Venerunt isti ut deterreant illa, projiciantque cornua gentium.*

*Falx*, מַחֲרֵט, δόρυ. Acutum instrumentum fruges uvasque refecandi, notatque gladium aliudve medium delendi homines judicio Dei maturas. Joel 3. 13. *Mittite falcem, quia matura est messis.* Apoc. 14. 14. *Habens in manu sua falcem acutam. & 15. mitte falcem tuam. & 16. misit igitur is qui insidebat nubi falcem suam in terram.*

**Famelicus**, פֶּעַר, πεινῶν. Carens bonis animæ. 1 Sam. 2. 5. **Famelici cessarunt**. Ps. 107. 9. Animam famelicam implevit bono. Esai. 32. 6. Ad evacuandam animam famelicam. Ps. 107. 36. **Collocat ibi famelicos**. Vid. Esurio.

**Fames**, פֶּעַר, λιμὸς. Desiderium cibi, cujus inopia quis laborat; significat defectum cibi animæ, salutaris puta doctrinæ. Amos 8. 11. Mittam famem in terram, non famem panis, nec sitim aquæ, sed audiendi verba Jehovæ. Apoc. 6. 8. *Data est eis potestas in quadrantem terra trucidandi gladio & fame*. Ezech. 34. 29. *Suscitabo eis plantam in nomen, nec erunt ultra consumpti fame in terra*.

**Farina**, פֶּסֶם, ἀλευρον. Granum frumenti molendo contritum contusumque, materia panis, est imago doctrinæ sacrae de Christo pane Vitæ. Matth. 13. 33. *Simile est regnum cælorum fermento quod acceptum mulier abscondidit in farina satis tribus*. Meretrix Babilonia cibum salubrem animæ corrumpit erroribus ac superstitionibus Antichristianis. Hos. 8. 7. *Germen non facit farinam cultus ac religio eorum haud fit animæ cibus, panis ad vitam æternam*. 2. Quia molere farinam fervorum est, hinc ponitur pro servire. Esai. 47. 2. *Sume molas & mole farinam, in servitutem es redacta Babel & propria & mystica*.

**Fatus**. Vide **Stultus**.

**Favus**, פֶּחַי, τὸ κηρίον τῆς μέλισσας. Dulcis apum fructus, qui inter veterum alimenta fuit, 1 Sam. 14. 27. Luc. 24. 42. Ponitur pro re grata, jucundaque. Ps. 19. 11. *Dulciora stillatione favorum*. Prov. 16. 24. *Favus mellis sunt eloquia dulcia*. Cant. 4. 11. *Favum stillant labia tua, ô sponsa*. Cant. 5. 1. *Comedi favum meum*.

**Fax**, פֶּפֶר, λαμπάς, φωστήρ. Lignum ardens, imago α. hominis qui aliis præluceat virtutibus. Philip. 2. 15. *Inter quos lucetis velut faces in mundo*. β. Spiritus Sancti, intellectum nostrum illuminantis, & voluntatem amore Dei incendientis. Apoc. 4. 5. *Septem faces ignis ardentem ante solium, quæ sunt septem spiritus Dei*. Dan. 10. 6. *Oculi ejus ut faces ignis*. Coccejus Sp. S. eo versu describi putat, discernitur enim vir iste à Michaelē, v. 13. γ. Fax aridum lignum aut quæcumque materiam igni obnoxiam, facile comburitur, ideo sumitur pro instrumento perdendi, vastandi. Zach. 12. 6. *Eo die ponam duces Judæ - sicut facem ignis in manipulo*.

Conf.

Conf. Jud. 15. 4. Apoc. 8. 10. *Cadit è cælo stella magna ardens tanquam fax.* 8. Iob. 41. 10. *Ex ore ejus prodeunt faces.* Cetus spirat spiritum calidissimum summa cum vehementia.

Fel, מרר, χολή. Humor hepatis valde amarus, effigies α. peccati & erroris. Deut. 29. 18. *Ne sit inter vos radix fructificans fel.* Act. 8. 23. *In felle amaritudinis, & vinculo iniquitatis video te esse.* β. Severæ pœnæ à Deo illatæ. Jer. 8. 14. *Potum dedit nobis aquam fellis.*

Femur, כף, μῦός. α. Imago nuditatis. Cant. 7. 1. *ambitus femorum tuorum ut monilia.* Doctores nuditatem tuam velantes sunt tibi ornamento, Coccejus qui citat Prov. 29. 18. *Ubi non est visio, nudatur populus.* Justo Orgelitano junctura femorum sunt societas populorum venientium è circumcissione & præputio. Nisi fallor, quia femorum usus est in generandis parientisque liberis, prædicatur heic Ecclesiæ fecunditas, qua apta est ad multam prolem Christo gignendam. 2. Dan. 2. 32. *Venter ejus & femora ærea.* Uti venter cum femoribus est infra pectus cum brachiis & caput, ita monarchia græca secuta est Persicam & Babyloniam.

Fenestra, חלון, מַחֲזֵזֶת, חלון, ἑστῆς, ὀπή. Per fenestras lumen transmittitur, hinc α. sunt effigies oculorum, corporis ac mentis. Eccl. 12. 3. *Obtenebrescent videntes per fenestras.* Esai. 54. 12. *Fenestras tuas faciam gemmam pellucidam, mentem tuam illustrabo clarissimè.* Cant. 2. 9. *Speñat de fenestris,* Christus præsens omnia intuetur, quæ in Ecclesia fiunt. β. Gen. 7. 11. *Fenestra cæli aperta sunt ad pluviam copiosè demittendam.*

Fermentum, תבואה, ζύμη. Acidam reddit massam, debuitque abesse à dapibus Deo oblatis, Lev. 2. 11. Imago peccati & doctrinæ falsæ. Matth. 13. 33. *Simile regnum cælorum fermento quod acceptum mulier abscondidit in farinæ satis tribus, donec fermentaretur totum.* Doctrinæ veræ clam admiscuit falsam, usque dum tota religio Christiana corrumperetur. Matth. 16. 6. *Caute à fermento Phariseorum & Sadduceorum.* v. 12. *à doctrina illorum.* Luc. 12. 1. *Caute vobis à fermento Phariseorum, quod est hypocrisis.* 1 Cor. 5. 6. *An nescitis quod paulum fermenti totam conspersionem fermentat?* v. 7. *Expurgate itaq; vetus fermentum,* v. 8. *non in fermento malitiæ & versutiæ.*

*Ferrens*, *σδηρος*. α. Firmus, frangi nescius. Pl. 2. 9. *Conteret eas virga ferrea*. Apoc. 12. 5. *Recturus erat gentes omnes virga ferrea*. β. Durus, flecti, molliri nescius. Esai. 48. 4. *Nervus ferreus cervix tua*.

*Ferrum*, *ברזל*, *σδηρον*. Metallum durum, auro argentoque vilius longè, firmum, frangens res alias facile, fractu difficile. α. ponitur pro re dura, liquorem non habente. Levit. 26. 19. *Dabo cælum vestrum sicut ferrum*. Deut. 28. 23. *Terra quæ est subter te ferrea*. β. Pro re invicta, frangi nescia. Jerem. 1. 18. *De di hodie te in columnam ferream*. Mich. 4. 13. *Cornu tuum ponam ferreum*. γ. Pro homine aut populo alium destruyente. Jer. 15. 12. *Nunquid ferrum conteret ferrum ab aquilone?* Dan. 2. 33. *Crura ejus ferrea, pedes ejus partim ferrei, partim fictiles*. v. 40. *regnum quartum erit forte sicut ferrum, quomodo ferrum comminuit & domat omnia*. Dan. 7. 7. *Cui dentes ferrei*. α. Pro re vili. Esai. 60. 17. *Afferam pro ferro argentum - pro lapidibus ferrum*. Pro mediocribus donis dabo excellentiora. ε. Pro imagine ferrea, ut quum ferrum recensetur inter merces Tyri, Ezech. 27. 12. & Babelis mysticæ, Apoc. 18. 12. Dan. 5. 4. *Laudarant Deos ferreos*. v. 23. *Laudasti Deos ferreos*.

*Fervor*, *קצף*, *θυμός*, *חרון*, *ζέως*. α. Ponitur pro vehementi ira. Pl. 88. 17. *Super me transferunt fervores tui*. Ezech. 7. 12. *Fervor super omnem populum ejus*. β. Pro vehementi studio rei bonæ aut malæ. Rom. 12. 11. *Ferventes spiritu*. Act. 18. 25. *Fervens spiritu*.

*Fictilis*, *קסם*, *ἀσθενής*. Debilis, fragilis. Dan. 2. 33. *pedes partim ferrei partim fictiles*. v. 42. *Regnum ex parte erit forte, ex parte contritum*.

*Ficus*, *תאנה*, *συσῆ*. Arbor humilis, florem intus ferens, ejusque fructus, dulcis ac salubris, imago hominis pii proferentis fructus fidei & respicientiæ. Cant. 2. 13. *Ficus condidit grossos suos*. Instat ver gentium ad Christum convertendarum. Jer. 8. 13. *Nec sunt ficus in fica*. Jer. 24. 2. *Canistrum unum ficus bonas valde, sicut ficus præcoces, canistrum alterum ficus malas valde*. β. Ficus sterilis est pictura Judaici populi, Luc. 13. 6. &c.

*Fluctus*, *גשר*, *משבר*, *κύμα*, *μπεσισμός*. Designat α. motus ac tumultus bellicos. Pl. 93. 3. *Elevaverunt flumina fluctus suos*.

populi excitarunt bella. Zach. 10. 11. *Percutiet in ipso mari fluctus.*  
 Deus bella in mundo orta componet. Pf. 89. 10. *Quum elevant se  
 fluctus maris, tu compeſcis eos.* Conf. Pf. 65. 8. Jer. 51. 42. *Multitu-  
 dine fluctuum ejus obruta est.* Babylon capta est bello quod multi  
 populi adversus eam moverunt. β. Calamitates hominem in-  
 vadentes. Pf. 42. 8. *Omnes inundationes tue, & fluctus tui super me  
 tranſierunt.* Pf. 88. 8. *Cunctis fluctibus tuis me affixiſti.*

*Flumen, fluvius.* פְּרָדָּסׁ, נַחַל. α. Imago populi, exerci-  
 tus è multis capitibus constantis, uti flumen constat è multis  
 particulis aquæ. Pf. 74. 15. *Tu siccaſti fluvios fortes, deleviſti ingen-  
 tes exercitus.* Ezech. 22. 2. *Educebas flumina tua, in aciem produ-  
 xiſti exercitus tuos. Conculcabis flumina eorum, aliorum copias fu-  
 diſti.* Pf. 93. 3. *Flumina elevarunt ſonum ſuum, populi ſunt tumultua-  
 ti.* Eſai. 8. 7. *Aſcendere facit ſuper eos aquas fluminis fortes & multas, Re-  
 gem Aſſur.* Pf. 107. 33. *Ponit flumina in deſertum, regiones incolis nu-  
 dat.* β. Figura eſt Spiritus S. largiter communicati. Apoc. 22. 1.  
*Oſtendit mihi purum fluvium aque vive.* Joh. 7. 38. *Qui credit in me, de  
 ventre ejus fluent flumina aque vive.* v. 39. hoc autem dixit de Spiritu.  
 Eſai. 43. 19. *Ponam in ſolitudine flumina, bona Spiritus S. communi-  
 bo iis regionibus, ubi populum uſque huc non habui.* γ. Quia  
 flumina abſorbent homines & jumenta, ideo ſignificant adverſi-  
 tates, perſecutiones quibus homines pii extinguntur. Matth. 7.  
 25. *Venerunt flumina.* Apoc. 12. 15. *Ejecit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem  
 aquam velut flumen, ut eam faceret rapi à flumine.* Excitavit contra  
 Eccleſiam cruentas perſecutiones. δ. 16. *Terra abſorbuit flumen, quod  
 ejecerat Draco ex ore ſuo, orbis paganus factus Chriſtianus perſe-  
 cutiones ceſſare fecit.* Cant. 8. 7. *Neque flumina obyuent illam dile-  
 ctionem; amor Eccleſiæ nullis delebitur adverſitatibus.* ε. Dan.  
 7. 10. *Fluvius ignis procedebat è conſpectu ejus, Judex igne devorabit  
 hoſtes ſuos, conjiciet in ſtagnum ignis,* Apoc. 19. 20. & 20. 21.  
 Alii tamen intelligunt de Spiritu S. ε. Eſai. 33. 21. *Fortis Jehova  
 nobis erit locus ſuaviorum, præſidium, munimentum inſtar fluminis.*

*Folium,* פֶּתִיחָה, פֶּתִיחָה. Imago converſationis externæ Sancto-  
 rum. Ezech. 47. 12. *Non deſluet folium ejus - - folium ejus ad fractio-  
 nem ſanandam.* Apoc. 22. 2. *Folia ligni ad ſanitatẽ gentium.* Ope-  
 ra bona quæ pii faciunt inter alios homines, non mutantur in  
 mala,



malis, sed continuantur atque inserviunt populis ad Christum convertendis. Pf. 1. 3. *Folium ejus non decidit.*

**Fons**, פֶּן, פֶּעַן, מַקוּר, מַנְיָ. Scaturigo aquarum latè dimanantium, a. notat originem gratiæ divinæ. Pf. 36. 10. *Pence te fons vitæ.* Tu vitæ auctor es. Esai. 12. 3. *Haurietis aquas in fontibus salatis.* Esai. 41. 18. *Aperiam in medio camporum fontes.* Zach. 13. 1. *In die illa erit fons patens domui Davidis.* Apoc. 7. 17. *Deducet eos ad fontes vivos aquarum.* Apoc. 21. 6. *Ego sitienti dabo de fonte aqua vitæ gratis.* β. Ecclesia vocatur *fons clausus*, *fons obsignatus*, Cant. 4. 12. quia N. habet aquas gratiæ salutaris, quas ad alios derivat. γ. custoditur à Deo, ne quis ejus aquas furari, aut corrumpere valeat. Cant. 4. 15. *fons hortorum*, aquas in hortos, cætus peculiare diffundens. γ. Ut populi comparantur fluviiis, ita fontes sunt imago Principum, vel procerum populorum, Apoc. 8. 10. *Cecidit stella in fontes aquarum.* Arius aliique doctores fallaces infecere Principes veneno suo. Apoc. 16. 4. *Effudit phialam suam in flumina, & in fontes aquarum, & fiebant sanguis.* Populi & Principes sanguinolentis bellis sunt collisi. δ. Doctores mendaces appellantur *fontes aqua carentes*, 2 Petr. 2. 17. Vid. *Rivus*.

**Fores**, Vid. ostium.

**Fornax**, furnus, clibanus, תַּנּוּר, κλιβανός. Gen. 15. 17. *Ecce fornax fumi*, Symbolum carnis in qua habitat omnis plenitudo Deitatis, Coccejus. 2. Deut. 4. 20. *Eduxit vos è fornace ferrea, è durissima servitute.* Esai. 48. 10. *Elegi te in fornace afflictionis.* 3. Ef. 31. 9. *Dixit Jehova cui est ignis in Sion, & fornax, clibanus, in Hierosolymis.* Jehova Hierosolymis habet cætum, in quo ardet ignis charitatis, à Spir. S. incensus, Coccej.

**Fovea**, פֶּתַח, פֶּתַח, βέβα. Ponitur pro interitu, exitio. Pf. 107. 20. *Eruit è foveis ipsorum.* Coccejus de liberatione ex cætibus hæreticis intelligit. Pf. 94. 12. *Donec impio fodiat fovea.*

**Fremitus**, נִהְמוּ, הִרְמוּ, ἐμβελήσεις. Notat tumultuosa populorum molimina. Esai. 5. 30. *Et fremet contra ipsum tanquam fremitu maris.* Hostis Judæos magno cum impetu invadet. Pf. 65. 8. *Compescit fremitum gentium.*

**Fremo**, נִהַם, ἐμβελήσεις. Tumultuor, bellum molior. Pf. 46. 4. *Fremant & turbentur aqua ejus.* v. 7. *Fremuerunt gentes.*

Esai.

Esaj. 5. 29. *Fremet, & apprehendet prædam. Romanus exercitus sub Tito.*

*Frenum. Vid. Habena.*

*Frigidus*, פֶּרִיד, ψυχρός. *Quem Spiritus S. non incendit amore Dei. Apoc. 3. 15. Neque frigidus es, neque fervidus, utinam frigidus esses. Matth. 24. 12. Caritas in multis frigescet. 2. Frigidus spiritu, Prov. 17. 27. vocatur qui affectuum impetu non abripitur.*

*Frigus*, פֶּרִיד, ψυχρός. *Nah. 3. 17. dies frigoris ponitur pro nocte quæ die est frigidior.*

*Frondens*, פֶּרֶז, εὐδαλός, α. *Felix, beatus. Dan. 4. 1. Frondens in palatio meo. β. Pl. 92. 15. Pingues & frondentes erunt, non marcescent, non deficient, sed novos subinde fructus fidei proferent.*

*Frons*, פְּרֹנֶת, μέτωπον. *Capitis pars anterior, valde conspicua. Hinc Apoc. 14. 1. habere nomen Patris, scriptum in frontibus suis, est Deum Patrem publice profiteri, audientibus aut videntibus omnibus. Signati in fronte, Ezech. 9. 4. Apoc. 7. 3. vocantur ii, quos publice constat à Deo custodiri servarique. Apoc. 22. 4. Videbunt nomen ejus in frontibus suis, scient se esse Dei & Agni populum. Apoc. 13. 16. accipere characterem bestie in frontibus suis, est publice se profiteri asseclam Antichristi. Apoc. 17. 5. In fronte ejus scriptum nomen mysterium. Antichristus palam jactat doctrinam suam mysteriis refertam: quanquam haud est silentio prætereundum, quod Josephus Scaliger memorat, frontali tiaræ Pontificalis olim inscriptum fuisse nomen *mysterium* literis aureis, at Julium quum tiaram refecisset, ejus nominis loco substituisse suum: *Julius Pontifex Maximus.**

*Fruentum*, פֶּרֶז, σίτος. *Imago salutis & gratiæ in Jesu Christo. Pl. 65. 10. Preparas frumentum eorum. Jer. 31. 12. Confluent ad frumentum. Pl. 72. 16. Erit pugillus frumenti in terra, in montium capite, & contremiscet sicut fructus Libanon, è parvulo gratiæ divinæ modulo procreletet uberior mensura, quanquam Coccejus verba priora sic interpretatur, paucos fideles fore in terram casuros morte. Joel. 2. 24. Implebuntur area ipsa frumento. Vid. *Triticum.**

*Fulgur*, פֶּרֶז, ἀστραπή. *Ignis cœlestis, celerimè sese diffundens. Sumitur cum pro lumine Evangelii, tum pro plagis quibus Deus improbos absunit. Apoc. 4. 5. E folio prodibant fulgura. Apoc. 11. 19. & 16. 18. Et siebant fulgura. Dan. 10. 6. Facies e-*

*jus velut aspectus fulguris. lucidus valde, splendidus. Pf. 97.4. Illustrant fulgura ejus orbem. Evangelii lumen orbi datum, & plagæ ejus contemtoribus immiffæ.*

*Fulmen. Vid. Jaculum, Ignis, Sagitta.*

*Fumo, פֶּשֶׁת, καπνίζω. Ponitur pro irasci. Pf. 80. 5. Quousque fumas contra precationem populi tui? Pf 74. 1. Fumat ira tua in oves pastus tui. 2. Linum fumans Esaj. 42. 3. est typus hominis interitui obnoxii.*

*Fumus, פֶּשֶׁת, καπνός. Indicium ignis materiam accensam consumentis. Hinc α. Columnæ fumi Cant. 3. 6. sunt testes Jesu Christi, igne combusti propter Evangelium. Apoc. 8. 4. Ascendit fumus suffituum de precibus sanctorum, uti incensa in templo thura fumum dabant. Apoc. 19. 3. fumus ejus ascendit in secula, Incensa Babylon haud restaurabitur. Conf. Esaj. 34. 10. Esaj. 6. 4. domus repleta est fumo. ad præsignificandum, quod Hierosolymæ à Romanis comburentur. Esaj. 14. 31. Ab aquilone fumus venit, incendii hostilis monumentum. β. Fumus est vapor niger, aerem obscurans & oculis nocens, typus doctrinæ falsæ & superstitiosæ, crassas ignorantiae tenebras inferentis, & mentem excæcantis, Apoc. 9. 2. Ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est sol & aer à fumo putei. γ. Apoc. 15. 8. Et impletum est templum fumo à majestate Dei & de virtute ejus, sicut olim nubes tabernaculum Mosis & templum Salomonis implevit. Esaj. 4. 5. Creabit Jehova super loca convocationis ejus nubem per diem, & fumum. populum suum instar ignis fumantis circumdabit & proteget. Apoc. 9. 17. De ore ipsorum procedebat ignis & fumus & sulfur. Loquebantur incendia, resque fumi instar abeuntes. Medus tamen de Turcarum bombardis ignem, fumum & sulfur evomentibus interpretatur.*

*Fundamentum, יסוד, θεμέλιον. Apoc. 21. 14. Murus civitatis habens fundamenta XII. Ecclesia Christi nititur doctrina XII. Apostolorum vs. 19. fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata. Esaj. 54. 11. fundabo te in sapphiris.*

*Funis, funiculus, חבל, χροισίον. Instrumentum metiendi ac dividendi agros. Pf. 16. 5. Funes ceciderunt mihi in amoenis, pulcrum nactus sum hereditatem. Zeph. 2. 5. Funiculus maris, tractus maritimus. Deut. 32. 9. Jacob funiculus possessionis ejus. β. Instrumentum ligandi, constringendi, עכור, καλωδιον. effigies legis, præcepti.*

Pf. 2. 3. *Abjiciamus à nobis funes eorum*, præcepta Dei & Messæ sue que deque habeamus. Hof. II. 4. *Funibus amoris traxi eos*, æquis legibus rexi.

*Furnus*. Vid. *Fornax*.

*Furor*, עברת, θυμός. Ira mentem è sede sua dimovens. Esaj. 14. 6. *percutiens populos in furore*. Zeph. I. 18. *dies furoris Dei*, tempus quo Deus vehementissime irascitur.

G.

*Galea*, כבע, קבע. περιεφραγία. Militare capitis indumentum. Esaj. 59. 17. *Induit sese-galea salutis in capite suo*, salute quam Ecclesiæ comparavit, sese muniivit, hocque præsidio munitus contra hostes pugnavit. Eph. 6. 17. *Galeam salutis accipite*. I. Theff. 5. 8. *Pro galea spem salutis*.

*Genæ*. Vid. *Maxilla*.

*Genu*, ברך, γένυ. Esaj. 35. 3. *Genua debilia roborate*, animos afflictos solatio erigite.

*Germen*, נוצ, ἀνατολή, βλαστός. Planta procrescens è terra. α. Cognomen Messæ. Jer. 23. 5. *suscitabo Davidi germen justum*. Jer. 33. 15. *Faciam germinare Davidi germen justitia*. Zach. 6. 12. *Ecce Vir, cujus nomen germen*. Esaj. 4. 2. *In die illo erit germen Jehovæ in decorem & gloriam*. Christus illustrabitur. Luc. 1. 78. ἀνατολή ἐξ ὕψους. *Germen ex alto*. β. Hominis pii velut ex germine in arborem procrefcentis. Pf. 65. 11. *Germini ejus dicis bene*.

*Germino*, נוצ, ἀνατέλλω, βλαστάνω. Oriti & crescere è terra, dicitur de herbis, arboribus & plantis in genere, notatque ortum & incrementum simpliciter. Pf. 85. 12. *Veritas è terra germinabit*, audietur ex ore hominum, & late prædicabitur. Zach. 6. 12. וְתַחְתִּי יִצְמַח de subter se germinabit, potenti voluntate sua nascetur ex virgine. Pf. 132. 17. *Ibi cornu faciam Davidi germinare*, in Judæa faciam nasci Messiam qui in templo & urbe Hierosolymorum incrementa sumet.

*Gladus*, חרב, ξίφος, μάχαιρα, ῥομφαία. Instrumentum occisionis, vulnerationis & vastationis. Designat α. justitiam Dei vindicatricem. Pf. 17. 13. *Erue animam meam ab impio, gladio tuo, vindictam sume de impio, ac libera me ex ejus potestate*. β. quam-

quam libet læsionem, insectationem, calumniam. Ps. 22. 21. *Erue à gladio animam meam, vindica vitam meam è manu hostium.* Ps. 57. 5. *lingua eorum gladius acutus.* Prov. 30. 14. *Est generatio cujus dentes gladii, orientur in Imperio Romano, & post in Ecclesia Christiana homines, qui Christi Jesu sectatores criminabuntur, omnique genere calumniarum diffamabunt.* Luc. 2. 35 *Tuam ipsius animam penetrabit gladius, uti gladius vulnerat corpus, ita dolores, quos ex Filii tui adversitatibus concipies, fauciant animam tuam.* Job. 36. 12. *transibunt per gladium, occumbent, peribunt.* 7. Verbum Dei convertens electos ad Christum, & improbos convincens ac redarguens. Zach. 9. 13. *Ponam te ut gladium herois, tu ò Sion, annunciaris verbum meum ad Græcos regno meo subigendos.* Esaj. 49. 2. *posuit os meum tanquam gladium acutum, Pater jussit me annunciare Evangelium, animam spiritumque dividens.* 1. Est instrumentum & insigne belli, Esaj. 2. 4. *Gladios suos contudent in ligones, finitisque inimicitiis, dabunt mutuo operam, ut instar agri culti ferant fructus.* Apoc. 6. 4. *datus est ei gladius magnus.* vl. 8. *data est illis potestas interficiendi super quartam partem terræ gladio, Anti-Christo & asseclis permisit Deus, ut multos bello occiderent.* Mich. 5. 5. *Confringent terram Assur gladio, & terram Nimrod gladiis suis.* 1. Esaj. 27. 1. *Die illo visitabit Jehova gladio suo duro, & magno & forti, Leviathan serpentem impetuosum, principem Regno Christi adversum, & Dei verbo, & plagis suis evertet.* Esaj. 66. 16. *In gladio suo judicabit cum omni carne, multique erunt interfecti à Jehova.* Vid. *Ensis.*

*Gloria* כבוד, אִלְיָא. Ponitur pro illustri apparitione Filii Dei. Ezech. 2. 1. *Hæc erat visio similitudinis gloriæ Jehovæ.* In Hebræorum cabbala ponitur pro ipso Messia. Exod. 16. 7. *Mane videbitis gloriam Jehovæ.* vl. 10. *Ecce gloria Jehovæ conspecta est in nube, quod Ufeliides reddit, revelata est super vos יקר שכנתה רי* pulchritudo Schechinæ Jehovæ. Esaj. 40. 5. *Revelabitur gloria Jehovæ, nascetur Messias, patescientque cum eo omnes divinæ virtutes.* Esaj. 60. 1. *gloria Jehovæ super te exorta est.* Hagg. 7. 2. *Implebo domum hanc gloria.* In templum secundum veniet missus à me Messias, Dominus gloriæ, Rex gloriæ.

*Gluma*, palea, quisquiliæ, פֶּטֶל, קֶשֶׁף, ἀχυρον, Frumenti purga-

gamentum, quum fruges in culmo percutiuntur, celeriter avo-  
lans. Figura hominis improbi, fructibus fidei ac resipiscentiæ de-  
stituti, citoque ad impietatem aut interitum vergentis. Matth.  
3. 12. *Glutam exuret igne inextincto, Judæos impios per Romanos*  
*delebit.* Pf. 1. 4. *Non sic impii, sed tanquam gluma, quam ventus pro-*  
*pellit.* Hof. 13. 3. *sicut gluma propellitur ab area.* Affectæ Antichristi  
etsi videantur arcta esse communione conglomerati, tamen ut  
palea dispergentur ab area, Coccejus. Esaj. 41. 15. *Colles quoque si-*  
*cut glutamam pones. & 16. ventilabis eos & ventus tollet eos.* Potentes  
populos tibi inimicos fundes ac vinctes. Coccejus de Saracenis  
explicat quos Christiani sapius acie superarunt. Dan. 2. 35. *Fer-*  
*rum, testa, æs, argentum & aurum facta sunt ceu glumæ de areis esta-*  
*tis, quas elevat ventus.* Pf. 35. 5. *Sint ut gluma ante ventum, & An-*  
*gelus Jehovæ impellens.*

Glutinum, קדר, σμβλημα. Singulariter notat commissu-  
ram, vel coagmentationem idolorum. Esaj. 41. 7. *Et confortavit*  
*faber aurificem, polientem malleum ad percussionem incudis, dicens aurifici,*  
*ad glutinum bonum est, post præstitum Christum, & fugatos ejus*  
*hostes, alter alterum in fabricandis colendisque idolis adjuvit*  
*confirmavitque.*

Gog, גוג, גויג. Est α. unus ex posteris Rubenis. 1. Chron.  
5. 4. β. Princeps, insignis Ecclesiæ Dei hostis, Grotio Antio-  
chus Epiphanes, Gygææ terræ possessor, Jungmanno Antio-  
chus Epiphanes, Antiochus Eupator, & Demetrius Seleucus,  
tres Syria Reges, I. 1. in Daniel. §. 2. c. 12. Bocharto Rex Scythar-  
um, Phalegl. 3. c. 13. Coccejo Antichristus, oriundus ex Ec-  
clesia primatum tenente, sed ob violatum Patris lectum, hono-  
re isto privata, dictus quasi *α. tectum*, notat enim eum, qui se po-  
nit medium inter Deum & homines, quemadmodum tectum intercedit inter  
caelum & terram, ad Ezech. 38. §. 8. Ezech. 38. 2. *Pone faciem tu-*  
*am contra Gog, in terra Magog, principem Rhos, Mesech & Thubal,*  
*& 3. Ecce ego ad te Gog, principem Rhos, Mesech & Thubal. & 16.*  
*quum sanctificatus fuero in oculis eorum, in te ò Gog. & 18. Et erit*  
*in die illo, die quo venerit Gog contra terram Israelis. c. 39. & 11. Dabo*  
*ipsi Gog locum sepulcri ibi, in Israele sepelient ibi Gog, & universam mul-*  
*titu-*

titudinem ejus, & vocabunt vallem, Hamon Gog. Apoc. 20. 8. Et ex-  
 ibit ut seducat gentes, quæ sunt in quatuor angulis terre, Gog & Magog.  
 Subiit quondam animum conjectura, quam Hebræi apud Pare-  
 um in Apoc. 20. affirmant, num forte Judæi ad Jesum Nazare-  
 num conversi, & in Cananæam regressi, sint circa Hierosolymas  
 restauratas, vel restaurandas; à populis aquilonaribus, equorum  
 & arcuum usu eximiis, oppugnandi, atque per illustrem ac mi-  
 rabilem stragem hostium ab iis subito liberandi. Cl. Cocce-  
 jus interpretatur de Regibus ac Principibus Antichristo obnoxii-  
 is, qui post factam pacem religiosam in Bohemia, Germania,  
 Belgio, Gallia & aliis regionibus, bello sæpe afflixere populum  
 Dei à magna Antichristi civitate discretum, tamen & ipsi mu-  
 tuis bellis attriti, & olim omnino destruendi. Cæterum Rhos Ar-  
 menia fluvium, Araxen & Araxenen regionem vocari lingua  
 Arabica, & Rhossos habitare ad Cyrum fluvium vicinum, &  
 in mare Georgium, vel Caspium, sese effluentem, demonstrat  
 Bochartus l. c. unde subjungit: *Ex ista interpretatione, verborum*  
*Ezechielis hæc erit paraphrasis: pone faciem tuam contra Gog, ob-*  
*firma vultum tuum ad profetandam contra Regem Scytharum, in terra*  
*Magog, qui regni sedem habet in Scythia, prope Caucasum: Principem*  
*Rhos, Mefech & Tubal, principem Armenia Araxene, Moschicæ &*  
*Tibarenie, regionum contiguarum, quæ tum erant Scythici juris.* Ex Eu-  
 sebio præterea allegat, Scythas Palæstinam sub Cyaxare percur-  
 risse, quia locum Ezechielis de fato populi Israelitici ante natum  
 Christum intellexit. Josephi Medi sententiam è Polo ad Apoc.  
 20. 8. adscribam. Verba hæc sunt: *Gog & Magog Apocalypseo*  
*non sunt Ezechielis Gog & Magog, ut apparet, 1. quia ille Ezechielis*  
*prodit ex septentrione, hic noster ex quatuor angulis terre. 2. Quia ille*  
*venit sub initium instaurationis Israelitica, noster post mille annos Regni San-*  
*ctorum, instaurationem Hieros. subsecuturi: - Μαγωγ hic terram seu lo-*  
*cum denotare, sicut in Ezech. non sinit articulus. Et τὸν γῶγ καὶ τὸν Μα-*  
*γωγ hic non per modum subjecti, sed per modum appositi & ἐπισημαστικῶς*  
*adhibentur; 2. Hi hostes prodibunt vel ex gentibus professione Christianis, in-*  
*vidiâ forsan motis, quod sanctâ civitate exclusi sint, &c. vel quod malim, ex*  
*gentilium reliquiis quos diluvium ignis sub resurrectionem primam non in-*  
*undave-*

undaverit; nempe, ex gentibus in opposito nobis Hemisphærio degentibus, in orbe Americano, Arctico & Antartico, quæ Evangelii lumine nunquam perfusa, & magnis forsan satana pollicitis inductæ, trajecto è regione cujusque Oceano, orbem nostrum coronâ cingent, &c. Et si quod Fullerus noster in Misc. 2. 4. in fine probare contendit, nationes Americane sint Magogitica gentis colonia, ob brevem Oceani in Scythicis istis oris trajetum, non est quòd quis de Gogi & Magogi nominibus amplius litem moveat. Vid. Magog.

Gomer, גומר, γομῆρ. Filius Japheti. Ex Bocharti opinione Phrygia appellatur Gomer ab aduisione, nam Hebræis גומר est consumere, & Græcis φεῖγειν torrere, & phrygiæ portio κατακαυμένη adusta Straboni dicitur. Ezech. 38. 6. Gomer & universa agmina ejus.

Gramen, herba, נשׂה, χλόη, χόρτος. Pabulum pecudum est α. imago escæ cœlestis. Pl. 23. 2. In tuguriis graminis accubare facit me, Joel. 2. 22. Ne timeatis animalia agri, quia pascua deserti dederunt gramen, bono estote animo qui in orbe terrarum agitis, nam cibum animæ proferent & regiones usque huc non excultæ. Quanquam Cl. Coccejus explicat de fertilitate Cananææ ante natum justitiæ doctorem. Apoc. 9. 4. Ne læderent gramen terræ, cibum verbi divini; aut secundum Piscatorem, plebem à Deo electam. Esaj. 44. 4. Germinabunt inter gramen. β. Gramen egregie viret, sed cito exarescit, eoque notat hominem felicitate florentem, at subito dejectum in miseriam. Esaj. 42. 15. Omne gramen eorum sicabo. Apoc. 8. 7. Omne gramen viride combustum est, Judæi gloria & felicitate florentes facti sunt per Romanos miseri.

Grando, גרד, χάλαζα. Lapides cœli subita vi ingruentes, & segetem agrorum prostermentes, figura exercitus hostilis omnia improvilo perrumpentis ac destruentis. Esaj. 28. 17. Grando verret perfugium mendacii, copiæ Romanæ evertent templum, in quo fallacem Judæi fiduciam ponunt. v. 2. Ecce validus & fortis Domino tanquam tempestas grandinis. Exercitus Assyriorum & Babyloniorum potens. Ezech. 13. 11. Dabo lapides grandinis qui correre facient. v. 13. Lapides grandinis in ira, immittam Judææ Babylonios. Esaj. 30. 30. audire faciet Jehova potentiam vocis sue lapide grandinis.



nis. El. 32. 19. Grandinabit descendendo sylvam, arbores Babylonis, proceres Antichristiani prosternentur. Apoc. 16. 21. Et grando magna sicut talentum descendit de caelo in homines, & criminati sunt Deum homines propter plagam grandinis, bellis, terrestribus ac maritimis, puniti non resipuere, sed veritatem ac Deum illius autorem, contumelia affecere. Non absurde quis tempestates bellicas quae ingruunt cum bombardis & pilis grandibus ignivomis, & cum fragore sese disjicientibus ad prostrationem domorum & hominum, & cum navibus inter se tonantibus, gravissimoq; ferro se invicem frangentibus ac demergentibus, comparaverit cum nube ac procella grandinante, & grandinem talenti pondere projiciente. Coccej. ad h. l. Apoc. 11. 19. Facta sunt fulgura & voces, & tonitrua, & terra motus, & grando magna. Apoc. 8. 7. Et facta est grando & ignis mixta sanguine. Romani Judæam ferro & flamma vastarunt.

Gravidus, gravida, מִלֵּילָה, ἔγκυος, ἐν γαστρὶ ἔχουσα. Mulier uterum ferens. Dicitur & de quolibet, qui plenus est spe nascendi Messiae, ac feminis spiritualis. Apoc. 12. 2. Et gravida clamat parturiens. Esaj. 26. 18. Concepimus, parturivimus, tanquam si peperivimus ventum. Vid. Parturio.

Gremium, sinus, שֵׁן, חֶסֶד, κόλπος. In gremio portare est vehementer diligere, sedulo curare. In gremio esse est arctissima alicujus communionem frui, petita similitudine à matre tenellum infantem in gremio gestante. Deut. 33. 3. In sinu gerebat populos. Ps. 89. 51. Porto in gremio meo omnes quam multi sunt populos. Cupio omnes populos in regnum Messiae transduci, est votum Ecclesiae. Num. 11. 12. Porta eum in gremio tuo, ut nutritius fert infantem. Deut. 28. 54. 56. Vir gremii, intime familiaris. Joh. 1. 18. Filius qui in gremio Patris est.

Grex, רֶגֶל, צֹאן, ποιμνὴ, ἀγέλη. Pecudum caterva, notat & hominum congregationem, sacram, militarem, & quamlibet aliam. Jer. 13. 17. Captus est grex Jehovae, populus Dei. Jer. 6. 3. Ad eam venient pastores & greges eorum, Sionem obli debunt duces & milites Chaldaei. Ezech. 36. 38. Civitates deserta erunt plene gregibus hominum. Mich. 4. 8. Turris gregis est munita Sionis arx, ad quam populus Judaicus accessit. Luc. 12. 32. Ne metue parve grex. Cant. 1. 7. Quare ero ut obnubens inter greges sodalium tuorum? Cur agam

agam porro obvoluta facie inter cætus Judaicos, quibus Pontifices ac senatores præfunt?

**Grossus**, grossulus, **גרוס**, ὄλιθος, ὀλίθιον. Ficus immatura. Cant. 2. 13. *Ficus condivit grossos suos.* Uti verno tempore ficus immaturæ incipiunt dulcescere: ita gentes præparantur ad proferendos fidei ac respicientiæ fructus. Apoc. 6. 13. *Et stellæ e cælo ceciderunt in terram, sicut ficus abjicit grossos suos.* Conf. Esaj. 34. 4. *Liquescet quoque universus exercitus cæli, complicabunturque cæli sicut liber, & universus exercitus eorum decidet sicut decidit folium de vite, & sicut decidit de ficu.*

**Gusto**, **גוּסוּ**, γεύομαι. Participo, intra me recipio. Pf. 34. 9. *Gustate & videte quod bonus sit Jehova.* Luc. 14. 24. *Nemo virorum istorum vocatorum gustabit cenam meam.* Hebr. 6. 5. *Gustaverintque bonam Dei verbum.*

**Guttur**, **גוּרְר**, λάρυγξ. Instrumentum vocis. Pf. 5. 10. *Sepulcrum patens guttur eorum.* Pf. 69. 4. *Siccatum est guttur meum.* Esaj. 58. 1. *Clama gutture.*

## H.

**Habena**, frænum, capistrum, **חַבְנָה**, **מַתְנֵה**, χαλινός, κημός. Retinaculum oris equi, significat medium quo quis compescitur, & intra limites cohibetur. Job. 30. 11. *Frænum à facie mea abjecerunt, immodeste coram me se gesserunt.* Esaj. 30. 28. *& frænum aberrare faciens in maxillis populorum, sinens populos tumultuari, & hinc inde vagari.*

**Hadadrimmon**, **הַדַּדְרִמּוֹן**. Urbs sita in planitie Megidduntis ad quam cæsus Ægyptiis telis Josias amarè fuit ploratus à populo Judaico, 2. Chron. 35. 22-25. Chaldaus tamen interpres putat esse nomen Regis Syrorum qui Achabum vicit interfecitque, 1. Reg. 22. 34. dicti q. **הַדַּדְרִמּוֹן**, gloria idoli Syrorum Rimmon, Zach. 12. 11. *Magnus erit plandus in Jerusalem, secundum plandum Hadadrimmon.*

**Hædus**, **הַדִּים**, ἑλεφῶ. Tenellus caper à bonitate carnis laudatus. Cant. 1. 8. *Pasce hædos tuos (capellas tuas) fideles tuos.* Esaj. 11. 6. *Pardus cum hædo accubabit, homo ferus cum mansueto in eadem vivet civitate pacificè.*

**Hamus**, **חַמֵּשׁ**, ἄγκυρα. Item fibila, **ἄγκυρα**, φιδός. Instrumentum capien-

capiendi pisces. Designat medium homines sibi subjiciendi, & pro arbitrio circumagendi. Es. 19. 8. *Mœrebunt piscatores, & lugebunt omnes projicientes hamum in rivum.* Episcopi, Patriarchæ, Sacerdotes, Papa, qui populos sibi subjecere, dolebunt quando Imperium Antichristianum infringetur. Esai. 37. 29. *Ponam hamum meum in naribus tuis, comescam te, Rex Assyriorum, & coercebo, ne instituta tua perficias.* Ezech. 29. 4. & 38. 4. *Ponam hamos in maxillis tuis.*

*Hasta, lancea, חַנְיָה, חַמָּה, δόρυ, λόγχη.* Instrumentum bellicum. Hinc α. *hastas contundere in falces*, Esai. 2. 4. est desistere à bello, & colere agros, & *falces concidere in hastas*, Joel. 3. 10. est parare se ad bellum. Pl. 35. 3. *Educ hastam*, pugna adversum hostes meos. β. Notat fulmen. Habak. 3. 11. *Sol & luna steterunt - - ad splendorem fulgoris haste tue.* γ. Pl. 57. 3. *Quorum dentes hasta & sagitta.*

*Haurio, חָנַס, ἀντλήω, ὑδρεύομαι.* Esai. 12. 3. *Haurietis aquas è fontibus salutis.* Ex Salute Domini perenne gaudium ac solatium percipietis, & proficietis è verbo salutis ad sapientiam, *Coccej. Nahum. 3. 14. Aquas munitionis hauri tibi, duc fossam, eamque reple aquis ad Ninivem muniendam, tamen expugnabitur.*

*Herba, עֵשֶׂב, βοτάνη, χλόη, χόρτος.* Significat α. *proventum verbi divini in agro Ecclesiæ.* Zach. 10. 1. *Pluviam imbris dedit illis, unicuique herbam in agro.* β. *Incolam terræ exitio vicinum.* Amos. 7. 2. *Quum absolvisset (Deus per locustas) comedere herbam terræ, Domine Jehova, ignosce, age. Qui subsistet Jacobus? nam parvus est.* Vide Gramen.

*Hiems, חַרֵף, חֶרֶב, χειμῶν.* Figura temporis mœsti, quo gentes non tulere fructus fidei. Cant. 2. 11. *Hiems transit.*

*Himulus, עֵפֶר, νεβός.* Pullus cervini generis, initio velocissimus, at cito fatiscens, imbellis & fugax. Cant. 2. 17. *Similis esto himulo cervorum.* Cant. 7. 3. *Duo ubera tua sicut duo himuli.* Vid. Cervus.

*Hircus, צִפִּיר, שֵׁעִיר, עֵתוּר, τράγος.* Animal lascivum, gregis dux. Notat α. *Antistitem, ductorem populi.* Ezech. 34. 17. *Judicabo inter pecudem & pecudem, inter arietes & hircos.* Zachar. 10. 3. *Hircos ipsos visitabo.* Conf. Jer. 50. 8. *Estote velut hirci ante gregem.* β. *Regem Græciæ.* Daniel. 8. 5. *Ecce hircus caprarum veniebat ab occidente super faciem totius terræ - - hircus verò illi erat insigne cornu;*

cornu; v. 8. *Hircus* igitur *caprarum magnus evasit valde.* v. 21. *Hircus* vero, *hircus Rex Græciæ.* Alexander M. Græciæ Regum præstantissimus, Persas vicit, & victricia latè per orbem terrarum arma circumtulit. Sed *Caranus* cum magna multitudine Græcorum sedes in Macedonia responso oraculi jussus querere, cum in Emathiam venisset, urbem *Adessam*, non sentientibus opidanis, propter imbrium *nebulæ magnitudinem*, gregem caprarum, imbrem fugientium, secutus, occupavit; re-  
 vocatusq; in memoriam oraculi, quo jussus erat, ducibus capris imperium querere, regni sedem statuit; religiosq; postea observavit, quocunque agmen moveret, ante signa easdem capras habere, ceptorum duces habiturus, quas Regni habuerat auctores. Urbem *Adessam* ob memoriam muneris *Ageas*, populum *Ageatas*, vocavit. Justin. l. 7. c. 1. 7. Hominem improbum. Matth. 25. 33. Statuet -- hircos (hædos) ad sinistram. A. *Hircus pilosus* ponitur pro *Satyro*, *Fauno*, vel *Satana* in hirci forma apparente. Levit. 17. 7. Et non sacrificabunt ultra sacrificia sua hircis cum quibus sunt fornicati. *Hircos* in *Ægypto* cultos curiosè docet *Bochart*. Hieroz. part. 1. l. 2. c. 55. quam curam nostræ religioni haud esse necessariam arguit *Coccejus* in lexico ad vocem *חירש*. Esai. 13. 21. *Hirci* ibi jaltabunt, *Babylon* erit sedes impurorum spirituum. Conf. Apoc. 18. 2. Esai 34. 14. *Hircus unus* inclamabit socium suum, rejecta à Deo *Judaica* natio tradetur *Diaboli*. Vid. Matth. 12. 45. Tum proficiscitur (spiritus impurus) & accipit secum septem alios spiritus peiores ipso.

*Horreum*, חַרְשׁ, ἀλων. Receptaculum frumenti, typus Ecclesiæ & cœli. Esai. 21. 10. Tritura mea, & filii horrei mei. *Coccej.* in h. l. In horrea colligitur frumentum à paleis repurgatum. Ecclesia, *Israel*, est & tritura Dei, & filius horrei ipsius. Conf. Es. 28. 25-28. Triturat eam Deus, ut à paleis repurget. Sed non ejicit ex horreis suis, sed reponit in æternis mansionibus. Matth. 13. 30. Triticum verò cogite in horreum meum. Luc. 3. 17. Coget triticum in horreum suum. Vid. *Area*.

*Hortus*, חַרְשׁ, חַרְשׁ, κήπος, ὀρεῖον. Plantarium sepe cinctum, floribus, herbis & arboribus instructum, effigies Ecclesiæ. Cant. 4. 12. Hortus conclusus soror mea. v. 15. fons hortorum. v. 16. persa hortum meum, ut suant aromata illius. Veniat dilectus meus ad hortum suum. Cant. 5. 1. Veni ad hortum meum, soror mea sponsa. Cant. 6. 1. Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolas aromatum, ut

*pascat in hortis*, Ecclesia orientali & occidentali. Cant. 6. 10. *Ad hortum nucum descendit*, in Ecclesiam externam quæ præter nucleum bonum, quoque putamina abjicienda protulit. Cant. 8. 13. *O que habitas in hortis*, in diocæsesibus humano regimine, ex consilio humano, gubernatis.

*Humerus*, חֲמוֹשׁ, ἄμω, ἄμω, ἄμω. Humero imponitur jugum & quodlibet onus portandum. Hinc Genes. 49. 15. *Inclinavit humerum suum ad portandum*, in servitutem se redigi patitur. Nehem. 9. 29. *Præbuerunt humerum refractarium*, legi tuæ subjici noluerunt. Pl. 81. 7. *Subdixi ab onere humerum ejus*, liberavi Iſraelem è servitute Ægypti. Zeph. 3. 9. *Ut serviant ei humero uno*, summo consensu. Esai. 49. 22. *Filie tue in humeris portabuntur*, magna cura ad Christum adducuntur. Deut. 33. 12. *Inter humeros ejus habitavit Dilectus Jehovæ*, Christus in Ecclesia, & super illa, domicilium securum fixit, ad eam alis suis protegendam.

*Humus*, חֲמוֹשׁ, חֲמוֹשׁ, חֲמוֹשׁ. Humi sedere aut jacere, luctus & abjectæ conditionis signum est, & opponitur τῷ ascendere in cælum. Esai. 47. 1. *Sede in pulvere filia Babel, sede humi*. Genes. Es. 14. 12, 13. *Cecidisti de cælo, succisus es in humum - - dixisti in corde tuo: cælum ascendam*. Vid. Terra.

*Hyacinthus*, חֲמוֹשׁ, ἄμω. Lapis pretiosus purpurei coloris, undecimum fundamentum novæ civitatis, Apoc. 21. 20. Apoc. 9. 17. *Vidi equos, & sessores eorum habentes thoraces igneos & hyacinthinos*, igne coruscis & sanguine purpureo rubentes. Est & flos hyacinthus purpureo colore, pannusque hyacinthinus ad tabernaculum legitur adhibitus, Exod. 25. 4. & 26. 1. Jer. 10. 9. *Hyacinthus & purpura indumentum earum*, imaginum. Ezech. 27. 7. *Ex hyacintho & purpura de insulis Elisa fuit operimentum tuum*, urbis Tyri.

*Hyssopus*, חֲמוֹשׁ, ἄμω. Herba humilis; item stirps è locis saxosis & asperis prodiens, 1. Reg. 4. 33. in legalibus asperionibus adhibita, Exod. 12. 22. Levit. 14. 4. Num. 19. 6. typus Christi, cujus sanguine aspersi purgamur à peccatis. Pl. 51. 9. *Expiabis me hyssopo*.

## I.

*Jaceo*, cubo, decumbo, חֲמוֹשׁ, κατάνειμαι. Jacentes nihil agunt, quiescunt & facile obdormiscunt. Hinc jacere interdum est otiosi, quie-

quiescere, dormire. Prov. 6:9. *Usq; quo piger jacebis?* Prov. 23:34. *Et eris velut jacens in corde maris, & velut jacens in capite mali, magno in discrimine versans dormies & secure ages.* Esai. 56:10. *Universi ipsi canes muti qui non valent latrare, dormitantes, jacentes,* Hof. 2, 18. *Faciam ut ii secure jaceant, quietem ac pacem iis dabo.* 2. Jacere dicitur quem quis humi prostravit, vel interfecit. Esai. 43:17. *Is qui educit currum & equum, exercitum & robur, pariter jacebunt, non surgent.* Pharao & copiae ejus in mari rubro submersi, non redeunt ex aquis in vitam. Neque imperatores pagani illorumque exercitus, fusi à DEO ac prostrati reviviscunt, postquam Christiana Ecclesia eorum potestate est educta, Coccej. Esai. 51. 20. *Filii tui convoluti sunt, jacent in capite omnium platearum, confossi ac telis confixi.* Ezech. 32. 20. *Jacebis cum interfectis gladio.*

Jacob, יַעֲקֹב, Ιακωβ. Isaci filius, Abrahæ nepos, pater numerosissimæ gentis Israeliticæ, unde nomen Jacobi vel solum, vel nomini Israelis conjunctum, sumitur ∞. pro toto populo Israelitico. Ps. 147. 19. *Annunciat verbum suum Jacobo, & statuta sua Israeli.* Deut. 33. 10. *Docebunt judicia tua Jacobum, posteros suos.* Ps. 78. 5. *Suscitavit testimonium in Jacobo.* Esai. 59. 20. *Veniet ad Sionem Redemptor, & redeuntibus ab iniquitate in Jacobo, Natio Judaica tandem Jesum Nazarenum agnoscet Messiam, & ab eo liberabitur.* Esai. 49. 6. *Leve est, ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacobi, & ad reducendam desolationem Israelis.* Esai. 45. 4. *Propter servum meum Jacob, & Israelem electum meum vocavi te nomine tuo.* Deus loquitur de Cyro Assyriam & Babyloniam captivitatem soluturo. Esai. 48. 12. *Audi me Jacob, & Israel vocatus à me.* Est sermo Christi ad Judæos missi. Jerem. 10. 25. *Comederunt Jacobum.* Jerem. 30. 7. *Tempus est afflictionis Jacobo, & ex ipsa servabitur, finietur captivitas Babylonica, & calamitas ab Antiocho Epiphane aliisque hostibus illata.* v. 10. *Ne timeas serve mi Jacob, dixit Jehova, neque paveas Israel -- revertetur Jacob.* v. 18. *Ecce reduco captivitatem tabernaculorum Jacobi.* Obad. v. 10. *Propter iniquitatem fratris tui Jacobi operiet te pudor. Quia insultastis Judæorum calamitatibus.* β. Pro regno X. tribuum. Esai. 17. 4. *In die illo attenuabitur gloria Jacobi, regni Samariae per Assyrios atterendi primum, mox & evertendi.* Amos. 7. 2. 5. *Propter pravaricationem Jacobi totum hoc. Quis desectio Jacobi?*

nonne Samaria? γ. Ubi Jacobus ab Israël distinguitur, Cl. Coccejus per Jacobum intelligit populum carnalem, per Israël filios promissionis in Christo confidentes, nam Jacobum nomen id accepisse in generatione prima, Israël in secunda. Nahum. 2.3. *Restituit Jehova decus Jacobi ut Israël, reparavit templum, quo gloriantur carnales Jacobi filii, ut filiis promissionis in eo apparet Messias.* A. Quandoque *Jacobus & Israel* simul ponuntur, ac totam significant Ecclesiam Christianam in N. T. Es. 40. 27. *Ut quid dicis Jacobe, & loqueris Israel: abscondita est via mea à Jehova?* Sic erigitur à DEO populus Christianus à paganis imperatoribus oppressus, Esai. 41. 14. *Ne timeas vermis Jacob, viri Israël.* Esai. 43. 1. *Sic dixit Jehova creator tuus ó Jacobe, & formator tuus ó Israël.* Esai. 44. 1. *Et nunc audi Jacob serve mi, & Israel quem elegi.* An geminum nomen forte innuit conversos ad Christum partim ex populo Judaico, partim ex reliquis gentibus. ε. Quandoque Judas & Jacob conjunguntur ad designandam N. T. Ecclesiam, Græcam & Latinam, Lutheranam & Reformatam. Esai. 65. 9. *Educam de Jacobo semen, & de Juda qui hereditate accipiet montes meos.* Ex Ecclesia licet corrupta proferam filios regenerationis, Coccej. Vel, an prædicitur his verbis conversio nationis Judaicæ? Hof. 10. 11. *Jungam Ephraimum, arabit Juda, occabit sibi Jacob.* Coccejus ad h. l. *Promittit quòd i. Ephraimum (h. e. partem Evangelicorum defleventem à regula) juncturus sit curru, hoc est, retenturus sit sub imperio suo, ut neque redeat ad Israël illum peccantem, neque recalcitret: nisi fortè magis est, ut verbum id significet, Faciam equitare Ephraimum.* Ut notetur, DEum daturum eam potentiam & successus, imprimis bellicos, Ephraimo, h. e. parti alicui nominis Evangelici, (de qua & cap. 4. 17.) ut hostes communes Evangelicorum ipsi credere & ipsis dare pacem, cujus opus & arare & occare, cogantur. Mauritius Elector præcipuum instrumentum ejus pacis conficiundæ fuit. Et postea etiam excitavit DEus ex ea parte patronum Ecclesie in Rege Dania & Suecia. Esai. 19. 20. & 21. 2. quòd Judas arabit & Jacob occabit, h. e. cultum in agro Dominico exercebit. Hof. 12. 2. *Lis est Jehovæ cum Juda, & visitandum habet super Jacobo secundum vias ejus.*

Jaculor, יָצַו, τοξέω, κούρω τοξέω. Sagitta quempiam peto. Notat quamlibet insectationem, Pl. II. 3. *Ad jaculandum in caligine contra*

contra rectos corde. Sic & Pf. 64. 5. & v. 8. *Jaculatus est DEUS in eos sagittam subito, improvisa plaga affecit.*

*Jaculum.* Vid. *Sagitta, telum, יצן, סוליס.* Lignum cuspidem munitum quod ex arcu emittitur ad alterum ferendum. Notat α. medium quodlibet nocendi. Pf. 57. 5. *Quorum dentes lancea & jacula.* β. Fulmen. Pf. 77. 18. *Tonitruum dederunt cœli, jacula tua discurrerunt.* γ. Verbum Dei quo homines sibi subjicit. Zach. 9. 14. *Prodibit tanquam fulgur jaculum ejus.*

*Janitor, יער, θυρωρός, πυλωρός.* Januam custodiens & aperiens. Epitheton Christi, Joh. 10. 3. *Huic aperit Janitor.*

*Janua, ostium, דלת, פתח, θύρα.* Introitus ædium, notat omne per quod in quendam locum venimus. Joh. 10. 7. *Ego sum janua ovium.* Per me veniunt oves ad Patrem in cœlum. Esai. 57. 8. *Post januam & postem posuisti monumentum tuum, vel memoriale tuum.* Audiatur interpretatio Cocceji. *Domus est Ecclesia. Ita nos nominamus multitudinem eorum, qui Deum constantur. Janua est Christus. Nam in Christo habetur communio sanctorum, & extra Christum non habetur. Confessio Christi associat Ecclesiam, abnegatio ab illa distinguit. Incurat hic defectionem exercitum sub nomine Christi, & in multitudine constantium illud: quemadmodum 2 Thess. 2. 4. dicitur sessurus in templo Dei h. e. inter constantes nomen Christi. Postis est caput Christi, Deus. Hæc igitur defectio est, quod hæc meretrix, postquam associata est multitudinis vocatorum & profitentium nomen Christi, intrantibus in illam cum nomine Christi & Patris ipsius proposuit monumentum sui, vel memoriale suum, h. e. imaginem suam & legem suam. Hæc duo distinguit Apocalypsis c. 13. voce ζώνης & χαρσγμάτων. Utrumque una voce indigitat Esaias. Nam bene intelligitur & imago, sive representativum Ecclesie spurie & pseudo-profetarum, quod nominatur Papa, & lex non scripta, quæ vocatur traditio. Apoc. 3. 20. *Ecce sto ad ostium & pulso.* Matth. 25. 10. *Introierunt cum eo ad nuptias, & clausa est janua.* Cant. 8. 9. *Si janua est, obvallemus eam tabula cedrina.* Si mobilis & vacillans januæ instar, confirmemus eam libro scripturæ sacræ, Coccej. Pf. 119. 130. *Janua verborum tuorum illuminat.* Pf. 78. 23. *Januas cœli aperuerat, demittens mannam & coturnices.**

*Jareb, ירב, LXX. Ἰαρέμ.* Hof. 5. 13. *Ephraim misit ad Regem Jareb.* Coccejus reddit Regem adversarium, intelligitque Papam Romanum.



Romanum, verò Regi Christo & Græcis Episcopis adversum, itemque Imperatores occidentis, Græcis Imperatoribus invidiosos & contrarios, Hof. 10. 6. Etiam ille in Assyriam deportabitur, munus regi Jareb. Coccejus: Etiam ille (intellige vester Cherub) in Assyriam deportabitur, fiet subditus & captivus Assyrii Regis, h. e. Turcarum: & quidem munus Regis adversarii. Conf. c. 5. 13. Fiet Constantinopolitanus Episcopus munus Romani Episcopi, jam in Monarchiam Ecclesie transfigurati: nimirum is ei supplex fiet, & subjicietur à suo Imperatore, & ille Romanus eum propinabit Turcis & tradet, rogatus auxilium, ut ex collatione c. 5. apparet. Hebræi putant Jareb esse nomen proprium loci, Grotius vertit Regem ultorem, de Tiglatpillesare explicans.

Jaspis, יַשְׁפִּיר, ἰασπίς. Gemma fulgidissima, in pectorali Pontificis maximi adhibita, cognitionis & gloriæ lucidissima imago. Exod. 28. 18. Novæ civitatis fundamentum primum Jaspis. Apoc. 21. 19. à luce enim cognitionis incipit Ecclesie ædificium. 7. 18. Erat structura muri ejus ex Jaspide. 7. 11. Cujus lumen erat simile lapidi pretiosissimo, tanquam lapidi Jaspidi. Conf. Esai. 60. 1. Surge, illuminare, quia venit lumen tuum. Apoc. 4. 3. Et qui sedebat, aspectu similis erat lapidi Jaspidi.

Javan, יָוָן, LXX. Ἰάβαν. Filius Japheti, Gen. 10. 2. Græciæ dedit nomen, cujus pars est Jonia. Esai. 66. 19. Mittam ex illis evasores ad gentes -- Javan, ad Græcos venient præcones Evangelii. Ezech. 27. 13. Javan, Tubal & Mesech inuitores tui. Dan. 8. 21. Hircus verò, hircus Rex Javan. Dan. 10. 20. Ecce Princeps Javan veniet. Rex Persiæ ab Alexandro M. vincetur, Dan. 11. 2. quumque prævaluerit opibus, excitabit omnes contra regnum Javan, Xerxes maximo apparatu bellum inferet Græcis. Joel. 3. 6. Filios Hierosolymorum vendidisti filiis Javan. Filios Ecclesie doctrina Aristotelica imbuis, Coccej. Zach. 9. 3. Suscitavi filios tuos o Sion, contra filios tuos o Javan, Judæos mittam ad Græcos regno Christi subiciendos.

Jerusalem, Hierosolyma, יְרוּשָׁלַיִם, ἱεροσόλυμα. Caput Judææ, ex inferiore & superiore civitate constans, dictum à visione pacis, quo Christus alludit Luc. 19. 42. celebre templo DEI, typus Ecclesie novi testamenti. Esai. 52. 1. Indue vestes ornatus tuas Jerusalem, civitas sancta, quia non porro veniet ad te incircumcisus, lætare

*Jerusalem designat. Eam vocant quæ Episcopi; atq; uti Jeda; Joel. 3. 2. Jeda in act. Ecclesie secum habitabit, et Hierosolyma quæ quædam; Jer. 1. 2. Jer. 33. 16 Joel 3. 1 Zach. 14. 2.*

*Id. uti: Jer. p. 20.*

Ecclesia, quod turba profana Christum mentiens tecum porro non miscebitur. Joel. 2. 32. *In monte Sionis & in Jerusalem erit evasio.* servabuntur ab excidio Judaico, & plagis reliquo terrarum orbis immixtis, quotquot ad Christi Jesu Ecclesiam se aggregant. Zach. 13. 1. *In die illo erit fons patens domui Davidis, & habitatoribus Hierosolymorum in expiationem peccatorum.* Galat. 4. 26. *Sublimis vera illa Jerusalem libera est, quæ est mater nostrum omnium.* Hebr. 12. 22. *accessistis ad Jerusalem cælestem.* Apoc. 3. 12. *Inscribam ei nomen civitatis Dei mei, novæ Jerusalem, quæ descendit è cælo à Deo meo.* Declarabo esse veram & sanctam Dei Ecclesiam, etsi à synagoga satanæ pro hæretica & schismatica habeatur. Apoc. 21. 2. *Vidi sanctam urbem Jerusalem novam, descendentem à Deo è cælo.* Esaj. 65. 18. *Ecce ego creo Jerusalem exultationem. & 19. exultabo in Jerusalem.* Esaj. 66. 10. *Letamini cum Jerusalem. & 13. in Jerusalem consolationem accipietis.* Quanquam hæc loca & de restauratione Hierosolymorum per Judæos ante mundi finem ad Jesum Christum conversos, intelligenda videantur. Jer. 33. 16. *Diebus illis Jerusalem habitabit securè, orto germine justo Davidis & 15. fruetur pace cum Deo.*

Jezabel. יזאבל, Ισαβηλ. Uxor Achabi, nova idola in regnum Israelis inferens, sanguinaria, Nabothum per falsos testes è medio tollens, ut ejus vinea potiretur, effigies meretricis Babylonæ. Apoc. 2. 20. *Permittis mulierem Jezabel quæ se dicit prophetissam, docere, & seducere servos meos, ut scortentur.*


Jeschurun. ישורון LXX. vertunt ἱερατεύων. Cognomen Israelis datum à visione Dei in deserto, atque post in Christo. Derivatur enim secundum Coccejum à שור, intueri, cernere. Deut. 32. 15. *Jeschurun pinguis factus est.* Deut. 33. 5. *Factus est Rex in Jeschurum, Messias.* Deinde significat Ecclesiam Christi in N. T. Deut. 33. 26. *Non est ut Deus, Jeschurun, Deo Ecclesiam defendenti nemo est similis.* Esaj. 44. 2. *Ne timeas serve mi Jacob, & Jeschurun quem elegi.* Multi vertunt per Rectus, at supra tribuitur Judæis pinguibus & recalcitrantibus.

Ignesco. ignem concipio, התחמם πνεύμα. Ponitur pro erubescere, pudore confundi, ut ignis in vultu appareat. Esaj. 46. 8. *Mementote hujus & ignescite.* Sic Esaj. 13. 8. *Facies eorum facies flammarum.* Vid. Coccejus ad verbum התחמם.

**Ignis** : πυρρός, πυρρός. Dan. 7. 10. כרה רר נור *Fluvius igneus procedebat.* Intellego stagnum ignis, carcerem inferorum perpetuo igne flagrantem, in quem Deus, justus iudex, impios conjicit, Apoc. 19. 20. & 20. 10. Alii de Spiritu S. explicant. Apoc. 6. 4. *Et exiit alius equus igneus, ardens in bella, & rubens sanguine per flammam bellicas fuso.* Apoc. 9. 17. *Ipsorum sessores habentes igneos thoraces.*

**Ignis** UN, πῦρ. Elementum res obvias consumens. Notat α. iustitiam Dei vindicatricem, quæ peccatorem consumit. Deut. 4. 24. *Jehova Deus tuus ignis consumens est,* unde & legem in monte Sina ex igne dedit, Exod. 19. 18. *à dextra ejus lex ignis,* Deut. 33. 2. β. quamlibet plagam, qua Deus justus hominem impium exitio dat. Ps. 21. 10. *consumet eos ignis.* Job. 20. 26. *Devorabit eum ignis non sufflatus.* Ezech. 22. 21. *Sufflabo super vos in igne furoris mei.* Dan. 7. 9. *Solum ejus flammæ ignis, rotæ illius ignis ardens.* Apoc. 11. 5. *Ex ore ipsorum egreditur ignis, & devorat hostes eorum,* ad preces duorum testium ira Dei consumit hostes veritatis. Jer. 17. 4. *Nam ignis quem accendistis in furore meo, ardebit in seculum,* diutissime in servitute & exilio versabimini post Romanum bellum. γ. Calamitates quibus Filii Dei explorantur ac purgantur, non absumentur. Ps. 66. 12. *Ingressi eramus ignem & aquam & educesti nos in irriguam.* Esaj. 43. 2. *Quum ambulaveris per ignem, non combureris.* δ. Flammam urbes & opida incendentes. Ps. 50. 3. *Ignis coram eo vorabit.* Hierosolyma cum templo à Romanis comburentur. Joel. 2. 30. *Dabo prodigia in cælo & in terra, sanguinem & ignem,* immittam Judææ Romanos ferro & flamma grassantes. Apoc. 8. 7. *Facta est grando & ignis.* Apoc. 17. 16. *Ipsam igne exurent.* Matth. 3. 11. *baptizabit vos igne.* v. 12. *Paleam comburet igne inextincto, flamma Hierosolymas exurens non poterit extinguere.* ε. Amulationem, iracundiam, exacerbationem conjunctam cum sanguinis vehementi agitatione. Apoc. 16. 8. *Datum est ei homines affigere aestu per ignem, exacerbare eos propter veritatis quam suppressam volebant, propagationem.* Ps. 39. 4 *In meditatione mea exarsit ignis.* Apoc. 13. 13. *Editq; signa magna, adeo ut etiam ignem faciat e cælo descendere in terram in conspectu hominum, fulmen excommunicationis contra dissentientes vibrat, & velut Deus in cælo sedens*

dens eos ad ignem inferum in tartara condemnat. Forsitan hæc comminatoria dictio ortum inde habet, quod ignis de cælo lapsus Sodomam destruxit, & Elias L. milites Ahastæ contra se emissos igne de cælo precibus evocato absumsit, 2. Reg. 1. 12. Sic & discipuli ad Magistrum Luc. 9. 54. *Domine, vis dicamus ut ignis descendat de cælo, & consumat eos, ut etiam Elias fecit.* 5. angorem qui animum urit, Esai. 66. 24. *Ignis ipsorum non extinguetur.* Jerem. 20. 9. *Fuit in corde meo ceu ignis ardens.* 6. Bellum, inimicitias, dissidia. Apoc. 14. 17. *Ab altari exivit alius angelus habens potestatem in ignem, jus accendendi bella in orbe terrarum.* Apoc. 9. 17. *Ex ore ipsorum prodibat ignis, loquebantur bella, incendia, inflammabant animos ad dissidia.* Luc. 12. 49. *Ignem veni missurus in terram, & quid volo, si jam accensus est.* Esai. 50. 11. *Ecce omnes vos ardetis igne, accingitis vos scintillis, ite in luce ignis vestri, bellum accendistis, bello vos juvate.* 7. Spiritum S. corda incendientem amore Dei. Apoc. 15. 2. *Vidi ceu mare ultreum igne mixtum, orbem quietum, igne Spiritus S. plenum.* Apoc. 4. 5. *Et septem lampades ignis ardentes ante solium que sunt septem Spiritus Dei.* Act. 2. 3. *Et vise sunt eis dispersita lingue instar ignis, qui & sedit super unumquemq; eorum.*

*Imago.*  *εικὼν.* Species rem aliam representans. Apoc. 13. 14. *Dicens incolis terræ, ut faciant imaginem bestie, que gladio vulnerata fuit, sed revixit.* Clerus Christiano paganus effecit, ut Ecclesia visibilis adoraret Papam, in quo revixit potestas Imperatorum Romanorum Christiano paganorum, per irruptionem gentium barbararum, & mutua æmulantium imperatorum bella, fere extincta. v. 15. *Datum est ei, ut daret spiritum imagini bestie,* Clerus Pontifici Romano supremam conciliavit autoritatem, secus fuisset imago vita carens. *Ut etiam loquatur imago bestie,* ut Papa condat leges in Ecclesia, & decidat lites de religione ortas ceu iudex fallere & falli nescius. *Et faciat, ut quicumque non adorarint imaginem bestie, occidantur,* ut omnes qui placita Papæ rejiciunt, & autoritatem divinam negant, morte afficiantur, exilio multentur, bonis priventur, in carceres ducantur. Henricus Morus imaginem bestie explicat de relapsu Imperii Romani sub Papis in idololatriam, superstitionem & crudelitatem, similem ei quæ obtinebat

in Imperio pagano. Oper. t. 3. p. 664. & seqq. Sic & Nebucadnezar imaginem auream statuit adorandam, Dan. 3. 1. seqq.

*Imber*, מַשָּׁל, מַשָּׁל, βροχὴ, ἄμβρο. Pluvia copiose decedens, imago α. Spiritus S. largiter in N. T. dati. Joel. 2. 23. Dedit vobis doctorem illum ad justitiam, & descendere vobis faciet imbrem, Pl. 68. 10. *Imbrem liberalem*, LXX. βροχὴν ἐκκίον. גשם נרבות, o Deus, Spiritum S. largiter effundis. β. magnæ calamitatis. Matth. 7. 27. *Descendit autem imber*. Habak. 3. 10. *Imber aquosus transit*, Imperatores pagani Christianos porro non vexant. Cant. 2. 11. *Imber præterit*, cessant calamitates impediens gentium conversionem, vel ut Coccejus habet, ira & execratio Dei non porro effunditur in gentes. Esai. 32. 2. *Erit quisq; ut protectio à vento & latibra imbris*, Rex Christus & nutritii Ecclesiæ, cives regni cœlorum defendent ab ingruentibus calamitatibus. γ. Exercitus subito adventantis. Ezech. 13. 11. *Erit imber inundans*. v. 13. *imber inundans in furore meo erit*, Babylonii irruent.

*Immundus*, impurus, מִטְמָא, ἀκαθάρτος, Esai. 6. 5. *Immundus labiis*, qui labiis peccat. Esai. 64. 6. *Evamur omnes ut immundus*, inquinamenti mundi sumus polluti, ut oculi Dei nos abhorreant. Esai. 35. 8. *non transibit per eam immundus*, nemo erit Ecclesiæ membrum nisi qui se ab inquinamenti mundi expediverit.

*Inaures*, עֲגִירִים, ὀρχίσματα, orbes ornamentum aurium. Ezech. 16. 12. *Dedi inaures, circulos ad aures tuas*, leges sanctas quæ diligenter auditæ ornamento tibi sunt.

*Incalesco*, מִבְּחַב, θερμαίνωμαι. Magno animi adfectu quid agere, magno dolore aut vehementi ira commoveri. Esaj. 57. 5. *Incalescentes cum Diis sub omni ligno viridi*. Deut. 19. 6. *Quum incaluerit cor ejus*, quum iræ & vindictæ studio exarserit. Pl. 39. 4. *Incaluit cor meum in medio mei*.

*Incantatio*, חֲבֵר, ἐπωδή, φαρμακεία. שחן, ψαυσιμὸς, sermo submissus ad domandum serpentes, Pl. 58. 6. ponitur α. pro oratione blanda ad animum alterius demulcendum. Esaj. 36. 16. שחן לקון צקון *fundunt mussitationem, incantationem*, Christiani vexati protulere sermones aptos ad commovendum alios, Coccej. β. Pro fiducia posita in verbis & ritibus ad mutandam rerum naturam, ad alligandam iis Dei gratiam, qualis in Babylone mystica

si cavidetur. Esaj. 47. 9. Propter incantationum tuarum potentiam. v. 12. Sta nunc cum incantationibus tuis. Coccejus: **קַשְׁפֵּי** incantamenta, LXX. *Φαίμακα*. Instrumenta Magia. Sunt voces, signa, ritus, opera denique tecte vel aperte instituta ad effectum humana potentia majorem consequendum, Mich. 5. 11. Succidam incantamenta de manu tua. Nahum 3. 4. Quae vendit gentes fornicationibus suis, & populos incantamentis suis. Apoc. 9. 21. Non resipuerunt - - ab incantationibus suis.

*Incantator*, **קַשְׁפֵּי** *Φαίμακός*, *Φαίμανός*. Qui verbis & ritibus tribuit mirandam virtutem ad producendum opus divinum, vel ad consequendam Dei gratiam, ut quum in Romana Ecclesia formatur signum crucis, adspargitur aqua sacra, demurmurantur verba institutionis dominicae &c. Apoc. 21. 8. *Incantatoribus* - - pars est in stagno ardenti igne. Apoc. 22. 15. *foris autem canes* & *incantatores*.

*Incendo*, Vid. *Inflammo*.

*Incurvo*, curvo, **כָּפַף**, **עָוָה** *καίμνω*. Corpus terram versus demitto. Est α. affligo deprimō. Ps. 57. 7. *Incurvavit animam meam*, dolore affecit. Ps. 146. 8. *Jehova erigit incurvatos*, qui dejecto sunt animo, ac tristitia superati. Psal. 38. 7. *Incurvatus sum* lugentis instar. β. *Adoro*. Esaj. 2. 8. *Incurvaverunt se operi manuum suarum*, Mich. 6. 6. *Incurvabo me Deo excelsi*.

*Inebrio*, **כָּרַח** *μεθύω*. Vinum justo largius do ad amentiam usque. Notat α. sive iram sive gratiam divinam largissime propinare. Cant. 5. 1. *Inebriamini amoribus*, abundanter sentite voluptates amoris. Esaj. 63. 6. *Inebriabo eos furore meo*, calicem irae meae tam largiter iis propinabo, ut mente capti quid agant nesciant, vel, uti habet Coccejus, faciam ut sanguinem suum mutuo fundant. Jerem. 51. 39. *Inebriabo eos ut exultent*, & *dormiant somnum aeternum*. v. 57. *Inebriabo principes ejus* & *sapientes ejus*, alienabo mentem eorum, reddamque ipsos alacres ad bella & mutuas caedes. Lament. 4. 21. *Etiam ad te transibit calix*, *inebriaberis* & *eris vomens*. Nahum. 3. 11. *Tu quoque inebriaberis*, Ninive hauriet calicem irae ad stuporem, ut excidium imminens non animadvertat. Jerem. 48. 26. *Inebriate eum*, date Moabo potandum calicem irae ad insaniam usque. β. Jerem. 51. 7. *Calix auri est Babel in manu Jehovae*, *inebrians omnem terram*, Apoc. 17. 3. *Ejus scortationis vino inebriati*

sunt incola terra. Cupide sunt amplexi falsam Antichristi doctrinam, ut à vero Deo deficerent & falsos colerent, Conf. Apoc. 18. 3. 7. Esai. 49. 26. *Et ut musto, sanguine suo inebriantur, gaudent mutuis cædibus.* Deut. 32. 42. *Inebriabo sanguine sagittas meas.* Occidam hostes meos cruentis præliis. A. Luc. 12. 45. *Cœperit verberare servos & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari,* bonis Ecclesiasticis abuti ad luxum. Vid. Irrigo.

*Infans*, חַיִל, חַיִל. Imago hominis cognitione mysteriorum cœlestium destituti. Esaj 65. 20. *Non erit ultra infans dierum.*

*Inflammo*, incendio, accendo, אָרַב, אָרַב וְאֵשׁ, καίω, φλέγω, φλογίζω. Vasto per ignem, aut aliud medium. Deut. 32. 22. *Et inflammavit fundamenta montium,* Hierosolymam in montibus sitam cum templo destruit igne per Romanos. Ita quum Julianus per Alypium moliretur templum apud Hierosolymas instaurare, metuentos globos flammaram prope fundamenta crebris assultibus erupisse, ut cogerentur ab incepto desistere, narrat Ammianus Marcellinus l. 23. Malach. 4. 1. *Inflammabit eos dies illa veniens,* ut paleam comburet bello Romano, Matth. 3. 11. 12. Joel. 1. 19. *flamma inflammavit omnes arbores,* æstus arefecit, ussit. β. Jacob. 3. 6. *Lingua - - inflammans orbem conditum & inflammata à gebenna,* lites & dissidia excitans instinctu Satanae.

*Insitor.* Vid. Mercator.

*Insula*, אִי, νῆσος. N. Insulae gentium designant illam mundi partem, in quam Japheti posterii concessere, Orientalem & Occidentalem plagam. Gen. 10. 5. *Ab istis separatae sunt insulae gentium.* Ps. 72. 10. *Reges Tharsis & insularum munus afferent,* in Oriente & Occidente Jesus Christus adorabitur Rex. Psal. 97. 1. *Latentur insulae multa,* præconio Evangelii. Esai. 41. 1. *Tacete mihi insulae & populi mutent fortitudinem,* sunt verba Patris cum gentibus & Judæis de Christi magnitudine disceptantis. 7. 5. *Viderunt insulae & timuerunt,* viderunt incolae orientis & occidentis se vocari Evangelio ad Christum, nec sunt ausi porro se illi opponere. Esai. 42. 4. *Legent ejus expectabunt insulae.* 7. 12. *laudem ejus in insulis annuncient.* Esai. 49. 1. *Audite me insulae,* Esai. 51. 5. *Insulae me expectant.* 2. Insula est regio incolis vacua. Esai. 42. 15. *Ponam fluvios insulas,* populum Judaicum attenuabo, Cananaeam pristinis incolis vacuabo. 3. Insula quum

dicer-

discernitur à monte, notat Remp. minorem, uti mons regnum magnum & potens. Apoc. 6. 14. *Omnes montes & insula è suis locis motæ sunt*, regna potentia & Resp. bello sunt agitata. Apoc. 16. 20. *Omnis insula fugit*, Resp. minores Christo non subjectæ peribunt. 7. Ezech. 39. 6. *Mittam ignem in Magog, & in eos qui habitant in insulis confiderent.*

*Inundatio*, ΗΥΩ, κατακλυσμός, impetus aquæ effusa, designat α. Subitam hostilis exercitus irruptionem. Dan. 11. 22. *Brachia inundationis inundabuntur coram eo*, proceres Ægyptii exercitus, vel copiarum Ægyptiæ quibus ceu brachiis fidebant, à copiis Antiochi Epiphanis opprimuntur. β. magnam calamitatem inopinato ingruentem. Luc. 6. 48. *Ubi venit inundatio, illisum est flumen domui.*

*Inundo*, ΗΥΩ, ἐπικλύζω, κατακλύζω. α. Subito pervado. Esai. 8. 8. *Inundabit & transibit*, Assyrii Judæam penetrabant. Esai. 28. 17. *Et latebram aquæ inundabunt*, Hierosolymas Judæorum refugium Romani circumdabunt. β. Vasto, destruo. Pl. 124. 4. *Tum aquæ nos inundassent*, persecutiones hostium nos subvertissent. Psal. 69. 16. *Ne inundet me decursus aquarum*, calamitatibus ne peream.

*Joseph*, ΗΥΩ, Ιωσήφ, Jacobi filius, Pater Manassis & Ephraimi, Ægypti prorex, Coccejo typus Constantini Magni, Orientem & Occidentem possidentis. Accipitur α. pro tribu Josephi. Pl. 78. 67. *Reprobavit tentorium Josephi*, tabernaculum à Mose conditum haud reduxit Silentem, quod erat tribus Ephraimi opidum. β. pro toto populo Israelitico, in quo Josephus geminam portionem obtinuit. Pl. 81. 6. *In testimonium posuit illud in Josepho*. Pl. 80. 1. *Qui ducis tanquam pecudes Josephum*. γ. pro Regno X. tribuum, ad quod Ephraimi & Manassis tribus pertinere. Amos. 5. 15. *Forte miserebitur Jehova Deus exercituum residui Josephi*. Amos. 6. 6. *Nec dolent fractura Josephi*, cladem illatam ab Hasaele & Benhadade, Syrorum Regibus, 2. Reg. 13. 3. 4. Obad. v. 18. *Et erit domus Jacobi ignis, & domus Josephi flamma*. δ. Terra Josephi Cl. Coccejo est terra quam habuit Ecclesia Christiana sub Constantino M. Deut. 33. 13. *Et de Josepho dixit: Benedicita terra ejus à præstantia cæli, à rore, & abyssis que jacet infra*, de quo vaticinio sic commentatur laudatus interpres, ad ultima Mosis s. 1655. *Ita sanè prima terra Ecclesiæ, quam habuit*



buit post persecutionem, est Asia pars magna, Syria, Palestina, Mesopotamia, Asia minor, Egyptus, Græcia, Italia, Hispania, Gallia, optime sane regiones: optimoque fruente cælo. Ros germinibus incubans. Abyssus infra jacens fluminibus, fontibusque terram irrigans, & exhalans vapores ad tempestivas pluvias, & terram ipsam macerans & mitigans ad concipiendum fovendumque semina & educandum germen. Sol, qui fertiles anni tempestates efficit. Hinc illi attribuit præstantissimum proventum solis. Luna, huic dat, præstantissimum mensium, ut totus annus quam feracissimus sit, & quam optima proferat. 2. à limite & qualitate loci & adiuncta plenitudine. Terram Josephi dicit caput, h. e. præcipuum montium antiquorum, quos Deus ab initio fundavit, & præstantissimum collium seculi, & præstantissimum terræ & plenitudinis ejus. Terra Josephi est præstantissimum terræ sive mundi totius, & plenitudinis ejus, h. e. urbium, habitationumque, quibus impletur terra, & complectitur caput, sive præcipuum, sive etiam ἀρχὴν & principatum montium, & optimum collium. Quis hæc audiens non putet se videre picturem Imperii Romani, quale id erat sub Constantino. In primis si caput montium explices, quod & cætera postulant, caput mundi. Hucusque Coccejus.

Iris, אִירִיס, arcus in nube, ἶρις, signum gratiæ & pignus promissionis de orbe per diluvium non amplius vastando, secundum nonnullos dictus testis in cælo fidelis, Psal. 89. 39. Hinc Liberator iride cinctus representatur. Ezech. 1. 28. Velut aspectus arcus qui fit in nube die pluvie, sic erat aspectus splendoris per circuitum, Apoc. 4. 3. In circuitu solii erat iris aspectu similis Smaragdo. Apoc. 10. 1. Tum vidi alium Angelum fortem descendentem de cælo, amictum nube, in cujus capite erat iris.

Irrigo, rigo, אִרְוֶה, אִרְוֶה, ἰριζω, potu satio sed citra ebrietatem, ut אִרְוֶה in Kal improprè vertant LXX. ἰριζω, ἰριζω. Notat .a. copiosam dationem bonorum cælestium. Ps. 36. 9. Irrigabantur pinguedine domus tue. Ps. 65. 11. Sulcos ejus irrigas, aquis Spiritus S. Jerem. 31. 14. Et irrigabo animam sacerdotum opimitate. v. 25. Irrigavi animam lassam, solatus sum ac læticia implevi. 8. quamlibet aliam satietatem vel expletionem. Prov. 7. 18. אִרְוֶה אֶת־רִדְדִי, Irrigemur, satiemur amoribus. Thren. 3. 15. Irrigavit, satiavit me abinthio. Esai. 34. 5. Irrigavit se gladius meus in cælo.

Irrigans, אִרְוֶה. ἰριζω. Satiatus bonis cælestibus, Deut. 29. 14. ut

ut addat irriguam sitienti, ut confundat spem & fidem, promissionem & complementum, statum V. T. cum statu testamenti novi. Esai. 58. 11. *Et erit velut hortus irriguus.* Jer. 31. 12. *Et fiet anima eorum ut hortus irriguus.*

*Isac*, יצחק, יסאק. Filius Abrahæ, pater Esavi & Jacobi, unde pro posteris, Israelitis & Idumæis sumitur. Amos. 7. 9. *Et destruentur excelsa Isaci, Israelitarum & Idumæorum, Coccej. v. 16. Tu dicis: ne profetes contra Israellem, neque stilles contra domum Isaci.*

*Isaschar.* Vid. Issaschar.

*Ismael*, יסמעאל, יסמעאל. Filius Abrahæ ex Hagare, pater Arabum, qui & Saraceni olim, & Ismaelitæ vocabantur, acerrimi hostes populi DEI, Pf. 83. 7.

*Israel*, ישראֵל, יסראֵל. Cognomen Jacobi Patriarchæ post certamen cum Angelo impetratum, Gen. 32. 28. designat in libris profeticis α. totam Jacobi posteritatem, XII. tribus, Jer. 30. 1. *Sic dixit Jehova DEUS Israelis.* Jer. 31. 7. *Salvum fac Jehova populum tuum residuum Israelis.* vl. 10. *Qui Israellem dispersit, congregabit eam.* β. Israel conjunctus cum nomine Juda, vel Jacob, notat distinctè X. tribus, regnum Israelis, cujus caput erat Samaria. Pf. 114. 2. *Fuit Juda in Sanctuarium ejus, Israel dominium ejus.* Esai. 5. 7. *Vinea Jehovæ exercituum est domus Israel, & Vir Juda plantatio letitiarum ejus.* Jerem. 31. 27. *Seminabo domum Israelis & domum Juda semine hominis & semine animalis.* Hof. 1. 15. *Conteram arcum Israelis in valle Izrael. v. 6. non porro miserebor domus Israelis. v. 7. at domus Judæ miserebor.* Pf. 147. 19 *Annunciat verbum suum Jacobo, statuta sua & jura sua Israeli.* Amos. 7. 17. *Israel migrando migrabit à terra sua, in captivitatem Assyriam abducetur.* γ. Populum Christi in N. T. partim è Judæis, partim ex aliis gentibus collectum. Jer. 31. 33. *Istud est fedus quod feriam cum domo Israelis post dies ipsos, dixit Jehova: Dabo legem meam in medio eorum.* Hof. 1. 10. *Erit numerus filiorum Israelis, sicut arena maris.* Esai. 45. 25. *In Jehova justificabunt sese, & laudabunt sese omne semen Israelis.* Rom. 9. 6. *Non omnes qui ex Israele, hi Israel.* Apoc. 7. 4. *Et audiivi numerum obsignatorum, centum quadraginta quatuor millia obsignata ex omnibus tribubus Israelis.* Apoc. 21. 12. *Et nomina inscripta quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israelis, Esai. 19. 24. Die illo erit Israel tertius Ægypto & Assar,*

creſcet tum Eccleſia vera, ut Pontificiis & Turcis æquari poſſit, vel, erit ſocia Ægypti & Aſſuris, Pontificiorum ac Turcarum, in colendo Chriſto, uti ex v. 25. colligitur. Cui benedixit Jehova exercituum, dicendo: *benedictus populus meus Ægypti, & opus manuum mearum Aſſur, & hereditas mea Iſrael.* N. Reliquias Judaicæ nationis ſub ultima tempora ad Jeſum Chriſtum convertendas, & in Cananæam reducendas. Hoſ, 3. 5. *Poſtea revertentur filii Iſraelis, & requirunt Jehovam DEum ſuum.* Jer. 31. 36. *Si amoveri poſſunt ſtatuta iſta à facie mea, dixit Jehova, etiam ſemen Iſraelis amoveri poterit, ut non ſit gens coram me cunctis diebus.* Amos. 9. 14. *Et reſtituam captivitatem populi mei Iſraelis, qua promiſſione Cl. Coccejus & Judæorum converſionem, inque Palæſtinam reductionem, & Reformatæ Eccleſiæ poſt deletum Antichriſtum, novum florem atque amplificationem ſponderi credit.* Rom. 11. 26. *Et ita totus Iſrael ſervabitur.*

*Iſſaſchar, יִשָּׂשכָר, Ἰσααχάρ.* Eſt merces, ſecundum Hieronymum. Filius Jacobi ex Lea, cujus tribus cum tribu Zebulunis ſecundum Coccejum eſt imago Eccleſiæ inter defectionem Antichriſtianam conſervatæ. Deut. 33. 18. *Et Zebuluni dixit: Latare Zebulun in egreſſis tuis, & Iſſaſchar in tentoriis tuis.* v. 19. *Populi montem vocant. Ibi ſacrificiant ſacrificia juſtitie, quia abundantiam marium ſugunt, & theſauros conditorum ſabulo.* Dum populi Chriſto mentientes prædicant regnum humanum in conſcientiis Chriſtianorum potenter erigendum, latatur ſemen ſanctum in civitate Antichriſti ſervatum, quod ab ea ſe ſeparat, & omni in loco, ubi Deus occaſionem dat, in nomine Domini congregatur. Nam percipit bona gentibus in Chriſto deſtinata, & habet communionem cum ſanctis in cælo agentibus, eandem fovens ſpem, & Deo offert ſacrificia juſtitie, cor & vitam & omnia bona illi conſecrans. Sic Iſſaſchar & Zebulun fuit in Waldenſibus, Wicleſi & Huſſi diſcipulis. Apoc. 7. 7. *Ex tribu Iſſaſchar duodecies mille obſignata.*

*Ithiel, יִתְיָחַל, Mecum Deus fortis, quod nomen exprimitur numero plurali Eſai. 7. 14. יְמַנְנוּ, nobiſcum Deus fortis. Prov. 30. 1. Dixit vir יְמַנְנוּ ad Ithielem. LXX. habent: τοὶ δὲ λέγουσιν ὁ ἀνὴρ τοῖς πιστεύουσιν θεῷ, hæc dicit vir credentibus Deo. Inruit utrumque nomen Ithiel & Immanuel communionem DEI nobiſ-*

nobiscum in Messia Virginis filio. Et Salomo loquens inducitur ad eos qui istam Dei communionem sperant. At celeberr. Coccej.  $\eta$  radicale putat ac reddit: Laboravi vel lassatus sum Dei causa, quod nomen conveniat omnibus mysteria & opera Dei diligenter investigantibus.

Juda,  $\text{יְהוּדָה}$ , *Jedac*. Jacobi filius, cujus posteri obtinere dignitatem regiam. Quare  $\alpha$ . significat regnum Judaicum duarum tribuum, Judæ & Benjaminis, discretum à regno Israelitico X. tribuum. Esai. 2. 1. *Verbum quod vidit Esaias super Judam.* Hof. 4. 15. *Si fornicaris Israel, ne delinquat Juda.* Jer. 4. 3. *Sic dixit Jehova viro Judæ.*  $\nu$ . 4. *Annunciate in Juda.* Jer. 5. 11. *Prævaricando prævaricate sunt in me domus Israelis & domus Judæ, ait Jehova.* Jer. 9.  $\nu$ . 11. *Civitates Judæ ponam in desolationem.*  $\beta$ . Principatum vel regnum XII. tribuum post solutam captivitatem Babylonicam. Zach. 12. 4. *Super domum Judæ aperiā oculos meos.*  $\nu$ . 5. *Dicant duces Judæ, Senatores ac Sacerdotes.*  $\nu$ . *die illo ponam duces Judæ tanquam prunas ignis, ad devorandum populos vicinos.* Esai. 44. 16. *Dicit ad Jerusalem: habitaberis, & ad civitates Judæ: edificabimini.*  $\gamma$ . Designat eos Judæos qui à Christo præstito ex populo toto abjectionis reo sunt assumti, & in regnum cælorum traducti. Deut. 33. 7. *Et hæc benedictio Judæ, & dixit: Audi Jehova vocem Judæ, & ad populum ejus deducas ipsum: Exaudi vocem selectorum in Juda qui optant Messia adventum, eumque præstitum adorant, & è Judæa deduc illos ad cohæredes gratiæ, gentes cæteras voce Evangelii Christo subditas, Coccejus. Zach. 12. 7. *Servabit Jehova tabernacula Judæ initio, Messias salvabit Judæos primo, ante alias gentes.*  $\alpha$ . Juda notat Ecclesiam Protestantum quæ Jesum confitetur post egressum è Babylone mystica. Esai 19. 17. *Et erit terra Judæ Egypto in pavorem.* Protestantes Imperio Antichristiano metum incutient. Item, Ecclesiam Christianam & præteritorum olim & futurorum temporum. Joel. 3. 6. *Filios Judæ & filios Jerusalem vendidistis filiis Græcorum.*  $\nu$ . 8. *Vendamos vestros & filias vestras in manum filiorum Judæ.*  $\nu$ . 18. *Omnes rivi Judæ fluent aquis.*  $\nu$ . 20. *Et Juda in æternum habitabitur.*  $\epsilon$ . Scissio populi Israelitici in regnum Samariæ & regnum Judæ, sub nominibus Ephraimi & Judæ, Israelis & Judæ, figurat divisionem Christiano-*

*Juda uti significatio  
Judæos appropiata ad  
septuaginta, et  
Septuaginta latini sibi  
ut Hyperbolymas  
finit, pro vera  
Et ad septuaginta  
Ios: 5: 5. 2. 11. Jer.  
33: 16. Joel. 3: 1.  
et mæ viro; Zach. 14: 2  
viti. d. Jos. p. 20.*

stianorum in Græcos & Latinos, Protestantum in Lutheranos & Reformatos. Esai. 11. 13. Ephraim non emulabitur Judam, nec Juda affiget Ephraimum. Hof. 5. 6. Israel & Ephraim corruent propter iniquitatem suam, corruet etiam Juda cum eis. v. 12. Ero ceu tineæ Ephraimo, & ceu putredo domui Judæ. v. 13. Videbit Ephraim languorem suum, & Juda plagam suam. v. 14. Ero tanquam leo Ephraimo, & velut catulus leonis domui Judæ. Græci & Latini Christum profitentes à DEO defecere, quapropter regiones eorum dabo populis barbaris occupandas; & constituti his in angustiis non resipiscent, verum humanum axillum implorabunt, ideo novis ipsos plagis conficiam. Hof. 6. 4. Quid faciam tibi, Ephraim; quid faciam tibi, Juda? Quid statuam de vobis Protestantes, qui à me è servitute Antichristi liberati, & in vitam restituti, cito in factiones discissi estis, & pietatem reliquistis, ut fuerit nubes sine aquis & ros abiens. Hof. 11. 12. Circumdederunt me abnegatione Ephraim, & fraude domus Israel, & Juda adhuc se obfirmat cum DEO omnipotente, & cum sanctis perseverat. Græci varias excogitarunt hereses DEO vero contumeliosas, Latini autem Filii & Sp. S. naturam divinam constantè agnoverunt, doctrinamque sanctorum Profetarum & Apostolorum retinuerunt. Coccej. Vid. Ephraim.

Judæus, יהודי, יודא. Confessor Dei & Christi, verus aut mendax. Apoc. 2. 9. Dicunt se Judæos esse, & non sunt, sed Synagoga Satana. Judæi sub Paganis Imperatoribus criminabantur Christianos, & variorum scelerum mendaciter insimularunt, se solos pro confessoribus DEI habentes, quum essent mancipia Satana. Apoc 3. 9. Ecce do eos qui sunt ex Synagoga Satana dicentium, se esse Judæos, nec sunt, sed mentiuntur. Nonnullos è societate Antichristiana, qui se solos putant Catholicos Apostolicos, veram Ecclesiam, cogam pacem tecum facere, agnoscentes quod DEUS te adjuverit in gravissimis bellis & insectationibus cruentissimis. Impletum pacificationibus religiosis.

Jugum, יגום, ζυγός. Instrumentum ligneum quo boves junguntur & arctantur. Figuratur a. legem, mandatum, divinum aut humanum, quo quis constringitur. Esai. 58. 6. Solvere fasces jugi, frangere omne jugum, humana præcepta abolere, & Ecclesiam soli Deo subicere est jejuniu Deo gratum. v. 9. Si auferres ex medio

medio tui jugum, si humanam dominationem tolleres. Jer. 5. 5. Verum ipsi simul fregerunt jugum, omnes legem Dei repudiarunt. Matth. 11. 30. Jugum meum est benignum. Act. 15. 10. Imponere jugum cervici discipulorum est onerare illos præceptis humanis, libertati Christianæ contrariis.  $\beta$ . Servitatem sub tyranno vel gravi domino. Deut. 28. 48. Ponet jugum ferreum super collum tuum. Esai. 47. 6. Super senem aggravasti jugum tuum valde, durissima servitute pressisti. Esai. 10. 27. Die illo auferetur - - jugum ejus à collo tuo, & corrumpetur jugum à facie olei, ex Assyria & Babylonia captivitate liberaberis. Sic Esai. 14. 25. Secedet ab illis jugum ejus. Jerem. 27. 8. Qui non posuerunt collum suum sub jugo Regis Babel, qui noluerunt parere Nebucadnezari.

Juncus, alga, גומא, חרס, πένυρα, ἕλα.  $\alpha$ . Quia multus ad Nilum juncus crescebat, ponitur pro incola Ægypti. Es. 19. 6. Calamus & juncus languerunt. Ps. 106. 7. חרס ים mare junci, LXX. ἐρυθρὴ θάλασσα. Esai. 18. 2. Vasa junci sunt naves papyraceæ, vel è junco confectæ, quibus Ægyptii è Nilo in mare vehebantur.  $\beta$ . Notat hominem virentem cognitione & amore Dei, rigatum aquis Spiritus S. Esai. 35. 7. In habitaculo Draconum, accubitu ejus, gramen in calamum & juncum, regio feris hominibus repleta abundabit germinibus DEI.

Juramentum, שבועה, ὄρκιον. Esai. 65. 15. Et relinquetis nomen vestrum in juramentum electis meis, execrabuntur mei servi nomen vestrum, ceu nomen hostium Dei & Christi.

Juro, נשבע, ὀμνυμι. Est Profetica oratione idem quod, Voveo, obedientiam & fidem promitto, Dominum & Salvatorem appello. Ps. 63. 12. Gloriabitur omnis qui jurat per eum. Esai. 45. 23. Mibi jurabit omnis lingua. Esai. 65. 16. Jurans in terra jûrabit per Deum Amen. Jerem. 5. 7. Jurarunt per non Deos. Esai. 19. 18. Jurantes Jehovæ exercituum.

Juvenca. Vid. Vacca.

Juvenus, פרה, δαμάλιος. Bos masculus major, cornibus & ungula insignis, Deo offerri solitus, Ps. 69. 32. Exod. 29. 1. Notat  $\alpha$ . victimam spiritualem. Ps. 51. 21. Tunc ascendent super altare tuum juvenci, homines vivi erunt victima tua. Hof. 14. 3. Et retribuemus juvencos labiorum nostrorum, vel, labia nostra: laudes tibi

afferemus quas loco juvenorum acceptabis.  $\beta$ . Hominem robustum ac petulantem. Pf. 22. 13. *Circumdant me juveni multi.* Jerem. 50. 27. *Gladio cedite omnes juvenos ejus, potentes Babyloniorum turmas occidite, & quotquot robore & flore ætatis inter eos eminent,*

*Juvenis*, בַּחֹר, νεανίωσ. Quia robore solet pollere, ponitur pro homine robusto, forti. Amos. 8. 13. *Eo die animo linquentur virgines pulcerrimæ & juvenes præ siti, fortissimi in populo Judaico propter verbi divini defectum, lætitia & solatio carebunt.* Esai. 23. 4. *Non enutrivit juvenes, non feci viros fortes cognitione Dei & pietate per doctrinam. Ita suam Roma & Romana Ecclesia culpam agnoscit.* Zachar. 9. 17. *Triticum juvenes, & mustum cantare faciet virgines.* 1. Joh. 2. 14. *Scribo vobis juvenes,*

*Juventus*, נְעוּרִים, νεότης. Ætas prima vigore & robore commendabilis, designat Ecclesiæ, vel hominis pii, vigorem in bono. Pf. 103. 5. *Innovatur ut aquila juvenus tua.* Quum senueris & lassatus eris, torpens ad bonum, Deus novastibi vires, novum robur dabit. Conf. Esai. 40. 31.  $\beta$ . Esai. 54. 6. *Et uxorem juvenutatis quum spreta fueris.* Gentes usque huc à Deo derelictas, & Deo sobolem nullam gignentes, jam vocabit, & matrimonio sibi junget Redemptor.

## L.

*Labasco*, labo, לָבַשׁ, ὑπερέβουαι. Incertis gressibus incedere, notat & infirmari, debilem esse. Pf. 31. 11. *Labascit in pravitate mea vis mea.* Esai. 31. 3. *Et labascet auxiliator,* in quo temere confidit Ecclesia. Esai. 35. 3. *Labantia genua roborate,* confirmate in via salutis eos qui vexati à persecutoribus animum fere despondent, & labascunt. Lament. 1. 14. *Fecit ut robur meum labasceret.*

*Labium*, לִפְתָּי, χεῖλος. Ponitur  $\alpha$ . pro dialecto, sermone. Gen. 11. 1. *Et erat tota terra labium unum.* Es. 33. 9. *Populum fortem non videbis, populum profundum labio, ut non intelligas,* Assyrios, Turcas, quorum sermonem non intelligis, non porro videbis regionem tuam vastare. Zeph. 3. 9. *Vertam ad gentes labium clarum, vel electum, Evangelii sermonem perspicuum iis annunciabo.* Esai 19. 18. *In die illa erunt quinque civitates in terra Ægypti, loquentes labio Canaan, verba audita in Canaan, quinque regiones in Imperio*

Antichristiano, scripturam sacram pro norma credendorum & faciendorum habebunt, neque nisi ex scriptura loquentur. Coccejus de Britannia, Belgio, Dania, Suecia & Germania intelligit, Germaniæ Bohemiam, Hungariam, Transylvaniam & Helvetiæ partem bonam accensens. Esai. 57. 19. *Creans germen labiorum: pax longinquo & propinquo*, annuncians pacem politicam inter partes de religione dissidentes, quarum una est propinqua altera longinqua, quarum una ad Deum accedit altera recedit, i. e. inter Protestantes & Pontificios. Hof. 14. 3. *Rependemus vitulos labia nostra*, pro vitulis confessionem nostram. Pl. 45. 3. *Effusa est gratia in labia tua*, annuncias sermonem gratiæ. Cant. 4. 11. *Labia tua stillant favum*, loqueris sermonem suavem & gratum de gratia Jesu Christi, de remissione peccatorum, de fide & amore DEI, & spe vitæ æternæ. Cant. 7. 9. *Palatum tuum ut vinum optimum*, influens dilecto meo mollissimè, *loqui faciens labia dormientium*, sincera fides & confessio veritatis secundum normam verbi divini excitat ignavos & torpentes ad loquendum, ad testificandum de Jesu. β. Pl. 12. 5. *Labia nostra nobiscum*, audemus effutire quicquid in mentem venit, arroganter loqui, credenda & facienda imperare, mentiri, criminari, gloriari.

*Labrusca*, לַבְרֻסָּה, labruscæ fatidæ à שָׂכַח fætere. Aquila reddit *συνελας*, LXX. ἀνάιδας. Labrusca vitis est agrestis, uvæ ingrati saporis proferens, imago doctrinæ falsæ, superstitionis, impietatis omniumque operum DEO displicentium. Esai. 5. 4. *Cur expectavi ut faceret uvas, & tulit labruscās?* Conf. Deut. 32. 32. *Ex vite Sodomæ vitis eorum.*

*Lac*, חָלָב, γάλακτος. Designat α. Christi sermonem, animæ nutrimentum. Esai. 28. 9. *Depulsos à lacte*, destitutos sermone Christi. Esai. 55. 1. *Emite sine argento gratis vinum & lac.* Cant. 4. 11. *Mel & lac sub lingua tua.* Joel. 3. 18. *Colles diffuent lacte.* Es. 60. 16. *Et suges lac gentium, & suges uber Regum*, ultimi temporis Ecclesia à gentibus & Regibus accipiet nutrimentum animæ, incrementum cognitionis è verbo DEI. 1. Petr. 2. 2. *Ut modo nati infantes lac illud sermonis sincerum expetite, ut per illud adolescatis.* β. Primæ doctrinæ Christianæ elementa, quibus tirones aluntur ut infantes lacte. Esai. 11. 8. *Depulsus à lacte*, confirmatus in veritate,



tate, ut jam non lacte, sed cibo solidiore nutriatur. I Cor. 3. 2. *Lactis potu vos alui, nec esca.* Hebr. 5. 12. *Facti, estis ii quibus lacte sit opus, nec solido cibo.* 7. 13. *Enim vero cui cum lacte res est, is rudis est sermonis justitie, infans enim est.* 7. Fructum Ecclesie, profectum in fide & sanctitate. Cant. 5. 1. ait sponsus: *Bibi vinum meum cum lacte meo, gustavi fructus gratos mee sponsae, & percipio latitiam & delectationem ex iis.* A. Cant. 5. 11. *Oculi ejus -- lavantes se lacte, ut Christi oculi quibus impios adspicit, sunt flamma ignis.* Apoc. 2. 18. *Sic sponsam intuetur oculis blandis, clementibus.* Gen. 49. 12. *Secundum Coccejum Schilo dicitur albus dentes pre lacte, vel a lacte, quod fetidi nihil assumat, & delectetur iis qui lactis instar puri & candidi sunt.* Ex aliorum mente pradicatur lactis abundantia in sorte Judae, ut Esai. 7. 22. *Vid. Vinum.*

*Lacero, קרע, שרט, ῥήγνμι, ῥίξω, σκοτέμω.* Est α. criminor, convitiis proscindo. Pl. 35. 15. *Lacerarunt, nec siluerunt.* β. Separo, avello. 1. Sam. 15. 28. *Lacerabit Dominus regnum Israelis a te.* 2 Reg. 17. 21. *Israel lacerat se a domo Davidis.* 7. Joel. 2. 13. *Lacerate corda vestra, nec vestes vestras.* Animo dolete peccata vestra, & mala vestra, neque luctum modo vestium laceratione ostendite. Nam lugentes & indignantes solebant vestes dilacerare, Job. 2. 12. 2 Reg. 5. 10. Matth. 26. 65.

*Lactens, ירק, ἄλαξινω.* Imago tironis in religione Christiana. Pl. 8. 3. *Ex ore infantum & lactentium fundasti fortitudinem, regnum tuum potenter erigis, & stabilis, per ministerium hominum rudium ac simplicium, magna cognitione & sapientia non præditorum.* Esai. 11. 8. *Et ludet lactens apud foramen aspidis, & in cavernam basilisci ablactatus manum suam projicit, testes Christi fugentes lac verbi divini ab ubere Reformatorum, delectant se intuitu catus Antichristiani, ejusque Antistitum in monasteriis agentium, & confirmati in veritate sine periculo seductionis convertuntur cum sectatoribus Antichristi.*

*Lacus, יקב, λυδός.* Locus profundus, aquis è terra ebullientibus plenus; item, vas in quod vinum aut oleum de torculari infuit, qualem lacum in vinea fodiebant veteres, Marc. 12. 1. *Sumitur α. pro vino.* Hof. 9. 2. *Area & lacus torcularis non alet eos, frumento & vino carebunt, & si habent, iis non nutriuntur.* β. Pro

β. Pro loco pleno sanguine hostium Christi interfectorum. Apoc. 14. 10. *Et vindemiavit vineam terræ, & misit in magnum illum lacum iræ Dei.* γ. 20. *Et calcatus est lacus extra civitatem, exivitq; sanguis è lacu usque ad frenos equorum, sectatores Antichristi extra Romam necabuntur in terra Romano Papæ subdita, quæ 1600. stadia longa est, Medus.* Apoc. 19. 15. *Ipsè est qui calcat lacum vini furoris & iræ DEI omnipotentis, Christus habet potestatem occidendi hostes suos.*

*Lagena*, לַגֵּנָה, לַגֵּנָה, לַגֵּנָה, αἰσός. Vas figulinum aut vitreum, fragile, ad continendum vinum, capiturq; α. pro vino mystico. Cant. 2. 5. *Fulcite me lagenis, rigate me vino mei Sponsi, confirmate me solatio & gratia ipsius.* β. Est imago hominis qui inebriatur calice iræ divinæ, & mox destruitur. Jer. 13. 12. *Omnis lagena implebitur vino.* γ. 13. *Ecce ego implebo omnes incolas terræ hujus -- ebrietate.* γ. 14. *Et collidam eos, alterum ad alterum.* Es. 30. 14. *Et conteret eum contritione lagena figulorum.* γ. Job. 38. 37. *Lagena cæli sunt nubes.*

*Lampas*, לַמְּפָאָה, λαμπάς. Imago hominis illuminati cognitione Dei, & lucentis aliis luce bonorum operum. Ezech. 1. 13. *Similitudo animalium aspectus eorum -- tanquam aspectus lampadum.* Dein fumitur pro ipsa cognitione Jesu Christi. Matth. 25. 1. *Sumtis lampadibus suis prodierunt in occursum sponsi.* γ. 3. *Acceptis lampadibus suis non ceperant oleum secum.* γ. 4. *Prudentes vero ceperant oleum in vasis suis una cum lampadibus.* Nonnulli Christum cognoscentes & ejus adventum expectantes, carent spiritu fidei, quidam vero sunt uncti oleo Spiritus S. & fide ac spe viva muniti. Vid. Fax.

*Lana*, צֶמֶר, έλεον. α. Ezech. 34. 3. *Lana induistis vos, opibus eorum inhiastis, quos ovium instar pascere debuissetis.* β. Dan. 7. 9. *Pilus capitis ejus ut lana munda, ex mente Piscatoris ita describitur Dei æternitas.* Intelligitur autem per permanentem dierum Deus Pater. Apoc. 1. 14. *Capilli ejus candidi ut lana alba, secundum eundem interpretem designatur Christi æternitas aut sanctitas.* γ. Notat vestem laneam. Hof. 2. 9. *Auferamq; lanam meam & linum meum, quæ dederam ad tegendam ignominiam ejus.*

*Lancea.* Vid. Hasta.

*Languéo, languesco*, קָמַר, עָרַף, in Hithpael הִתְעַרְף, ὀλιγοψυχέω. Animi aut corporis vires ac vigorem amitto. Joh. 4. 8.

Et languebat Jonas ab æstu solis. Amos. 8. 13. Eo die languescent virgines pulcra & juvenes præ siti, animum despondebunt, abjicient spem omnem, propter solatii inopiam. Esai. 19. 6. Calamus & juncus languerunt, incolæ Ægypti, propriæ & mysticæ, paulatim defecere. Esai. 33. 9. Libanon elanguit.

Laniatio, לָרִיב, ἀμύξις. Ponitur pro cade hostium, prædatione. Gen. 49. 9. A laniatione mi fili ascendisti. Nahum. 2. 14. Abolebo ex terra laniationem tuam, finem imponam tuis prædationibus.

Lanio, לָרִיב, ἀμύσσω. Unguibus ac dentibus dilacero, ut faciunt bestia fera. Notat 1. punire severè, gravibus malis afficere. Hof. 6. 1. Ipse laniavit & sanabit nos. 2. Amos. 1. 11. Ira ejus laniat. Idumæi grassantur, prædantur.

Laodicea, λαοδικεία. Phrygiæ in Asia minore urbs, cujus Angelus, vel Pastor, est imago Ecclesiæ Protestantum circa ultima tempora, quæ jam decurrimus, restaurati Evangelii veritatem ingrato animo spernentium. Apoc. 3. 14. Angelo vero Laodicensium Ecclesiæ scribe. Appellatur urbs à judicio populi, & certe Patrum & nostra ætate judicavit Deus populum Evangelicum in Bohemia, Hungaria, Polonia, Silesia & Austria, Gallia, Pedemontio &c. donec suo tempore reliqui confessores Evangelii ad idem tribunal vocabantur: quo judicio peracto tandem & judicabuntur hostes Christi.

Lanx, libra, statera, trutina, מִשְׁכָּל, פֶּלֶס, ζυγός. Instrumentum ponderandi, notat α. judicium Dei de rebus creatis. Ps. 62. 10. In lancem si ascendant. Dan. 5. 27. Appensus es in lance, actiones tuæ à Deo sunt judicatæ. β. Esai. 40. 12. Appendit montes in libra & collos in lance, intra terminos continet, ne à fede sua dimoveantur.

Lapis, אֶבֶן, λίθος. α. Quia lapis est res permanens, solida & apta ferendo oneri, figurat Deum & Christum. Gen. 49. 24. Inde est Pastor, lapis Israelis. Ps. 118. 22. Matth. 21. 42. Lapis quem spreverunt edificantes. Esai. 28. 16. Ecce ego fundo in Sione lapidem, lapidem munitiois. Zach. 3. 9. Ecce lapis ille, quem dedi coram Josua, super lapidem unum septem oculi, in Christum conjiciet oculos Ecclesia per VII. tempora. 1. Petr. 2. 4. Ad quem accedentes qui est lapis vivus. Matth. 21. 44. Qui ceciderit super lapidem istum, quassa-

quassabitur, super quem vero ceciderit, dissipabit eum, Dan. 2. 34. *Aspiciebas, donec abscissus est lapis qui non per manus, & percussit statuam in pedibus ejus. v. 35. Lapis autem qui percusserat statuam, effectus est mons magnus, & replevit totam terram.* E monte Sione abscissus est Christus, è populo Judaico natus, qui sine humana potentia regnum erigit, & destruit regna mundi, ut ipse fiat Rex totius orbis terrarum. Esai. 8. 14. *Erit in lapidem offensionis.* Judæi impingent ad natum Messiam. β. Est effigies hominum Sanctorum qui sunt pars domus Dei. Ps. 144. 12. *Filia nostræ sicut anguli excisi palatii.* i. Petr. 2. 5. *Ipsi quoque velut vivi lapides edificemini domus spiritualis.* Esai. 54. 11. *Jacere faciam in carbunculis lapides tuos. v. 12. Ponam omnem terminum tuum ex lapidibus,* membra tua erunt firmiter fundata super Christum, & splendebunt luce cœlesti, & longe lateque propagaberis, ut ubique fratres invenias pertinentes ad domum Dei. γ. Lapidēs impediunt proventum agrorum, ideo designant impedimenta fidei ac respicientiæ. Esai. 5. 2. *Et lapides collegit ex ea.* Conf. Matth. 13. 5. *Alia vero ceciderunt in petrosam.* Ezech. 11. 19. *Auferamq; cor lapideum, durum, flecti ad pœnitentiam nescium.* δ. Lapis interdum notat donum Spiritus S. minus oppositum majori. Esai. 60. 17. *Pro are afferam aurum, & pro lapidibus ferrum, omnia mutabo in melius, ut in vobis abundant dona Spiritus S.*

*Laqueus, ὄρυξ, פּוּל, παγίς, σκῆλον.* Ponitur in occulto ab aucupe ad aves capiendas, estque imago consiliorum & moliminum, occultorum sive Satanæ, sive servorum ejus, ad homines decipiendos, & in exitium pertrahendos. Ps. 38. 13. *Et laqueos tetenderunt querentes animam meam.* Ps. 64. 6. *Narrant de abscondendis laqueis.* Ps. 91. 3. *Ipse eruet te de laqueo venatoris, eripiet te ab insidiis satanæ.* Esai. 29. 21. *Ei qui increpat in porta laqueos tendunt.* 2 Tim. 2. 26. *Ex diaboli laqueo, à quo captivi tenentur.* Deinde significat captivitatem, traditionem in manus hostium, causam exitii. Jerem. 50. 24. *Laqueum tetendi tibi, & etiam capta es Babel.* Ps. 11. 6. *Pluet super impios, laqueos.* Ps. 18. 6. *Prævenierunt me laquei mortis.* Ps. 69. 23. Rom. 11. 9. *Sit mensa eorum coram iis in laqueum, sacrificia quæ super altare immolant ad veniendum in communionem Dei, fiant iis causa exitii, ut manent irretiti*

vinculis peccati. Esai. 24. 17. Formido, & fovea, & laqueus super te, & habitator terræ. v. 18. Qui ascenderit de medio foveæ, capietur laqueo. Coccejus de clade Germaniæ belli per XXX. annos gesti interpretatur. Item, offendiculum, instrumentum seducendi ad malum. Hof. 5. 1. Laqueus fuistis super montem Mispah, seduxistis populum ad cultum idolorum. Ps. 106. 36. Et servierunt sculptilibus eorum, & fuerunt eis laqueus.

Latebra, latibulum, סתר, καταφυγή. Refugium in quo quis tutus à periculo latet, aut tutum se fore sperat. Psal. 32. 7. Tu latebra mihi. Ps. 31. 21. Abscondis eos in latebra faciei tue. Ps. 119. 114. Latibulum meum & scutum meum tu. Esaj. 28. 17. Latebram inundabunt aque. Romani occupabunt munitas arces, in quibus tutos vos fore speratis. 2. Ps. 10. 8. In latebris occidit innocentem, arca format consilia ad necandos pios.

Latro, גבח, λακτίω. Vox canis qua monet de præsentia lupi, furis &c. Esai. 56. 10. Non valent latrare, nequeunt auditores de imminente periculo monere, securitatem & alia peccata reprehendere.

Latro, רוצח, פרוץ, λυσίς. Vir cædibus ac rapinis grassans in viis publicis, imago falsi doctoris cætum in viam mortis seducentis. Jer. 7. 11. Num spelunca latronum domus hæc? Matth. 21. 13. Domus mea domus orationis vocabitur, at vos fecistis eam speluncam latronum. Luc. 10. 30. Incidit in latrones, in sacerdotes ac seniores populi Judaici, mortem intentantes Domino Jesu in Judæa ambulanti. Joh. 10. 1. Qui non ingreditur per ostium in caulam ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Hof. 6. 9. Ut latrones expectant virum, collegium sacerdotum in via interficiunt consensu.

Lavacrum, רחצו, λουτρον. Piscina in qua lavi solent oves & agnæ. Cant. 4. 2. & 6. 5. imago lavacri mystici in sanguine & Spiritu Christi. Eph. 5. 26. Ut eam faceret sanctam, purgans lavacro aquæ per verbum. Tit. 3. 5. Servavit nos per lavacrum regenerationis.

Lavo, כבס, רחץ, πλύνω, λύω, νίπτω. Aquas affundo ad rem purificandam, notat & purgare in sanguine & Spiritu Christi. Ps. 51. 4. Lava me a pravitate mea. v. 9. Lava me & præ nive albus siam. Jer. 4. 14. Lava à malo cor tuum. Esai. 1. 16. Lavate,

mundi  
lavare se in medio, a deo mundat, remittit peccat. Dicit, & bene facit  
& adprob, a deo & lavari. Ps. 51. 4. et in N. T. in Bapt. & remittit peccatorum  
Dicitur et in psal. 51. 4. 16. Beneficentia peccator a gratia dei; tu male peccator  
se lavare, ubi t. beneficentia & media fides et peccat. Dicitur, (v. 16) Ps. 51. 4.

mundi estote. Esaj. 4. 4. Quando abluerit Dominus sordem filiarum Sionis, & sanguinem Hierosolymorum de medio ejus in spiritu judicii & incendii, quando corruptam Ecclesiam Christianam per Spiritum S. verum à falso, bonumque à malo discernentem, & zelum excitantem, liberabit ab erroribus, superstitionibus, vitiis, bellis injustis & injustè gestis &c. Ezech. 16. 9. Et lavi te aqua, lavi sanguinem tuum à te. Apoc. 7. 14. Et laverunt stolas suas, ac dealbarunt in sanguine Agni. Hebr. 10. 23. Et loti corpore aqua pura. Gen. 49. 11. Lavit in vino vestimentum suum, & in sanguine uvarum operimentum suum. Coccejus: Vestes Christi sunt tum caro ejus, tum fideles ipsius qui ipsi adherescunt. Esaj. 63. 1. 2. 3. Introducitur tanquam calcato torculari vestes habens turgentes à vino. Significatur labor & fusio sanguinis ad carnem rebellem subigendam. In Christo mortui sunt qui ipsi dati sunt: in ipso sanguis ipsorum fusus est. Cum Christo patitur Ecclesia, ipse in illa patitur. Sed & Justinus, Origenes ac Theodoretus locum istum de passionibus Christi explicuere. כ Cant. 5. 12. Oculi ejus ut columbarum juxta rivus aquarum lavantes se in lacte, Christus Ecclesiam adspicit oculis blandis, non suffusus sanguine aut felle, non ardentibus igne.

Lebanon. Vid. Libanon.

Lectica, לַעֲטִיקָה, φορεῖον. Sella curulis aut portatilis, effigies Ecclesiae Christum per orbem circumvehentis. Cant. 3. 9. Lecticam sibi fecit Rex Salomo è lignis Libanon. Aut num innuitur Christi folium regium quod habet in cælo & in terra?

Lectus, מַטָּה, κλίνη. Cant. 1. 16. Lectus noster viret, ait sponsa ad Sponsum, parimus liberos è semine verbi divini. Cant. 3. 7. En lectus ipsius Salomonis, sexaginta heroes circa eum. Ecclesiae & singulorum fidelium cor, in quo Christus quiescit, custoditur diligenter, ne quis alius intret & Sponsum expellat. 2. Apoc. 2. 22. Ecce ego jacio illam in lectum, infirmabo, debilem reddam eam, ut decumbere ob languorem debeat.

Lecythus, Lenticula, לַעֲטִיקָה, פֶּן, φανός, λαμπάδιον. Vas oleum continens & emittens, imago Christi, unde oleum Spiritus S. in nos influit. Zachar. 4. 2. Ecce candelabrum aureum totum, & lenticula super caput ejus.

Legislator, פְּקֻדָּה, νομοθέτης, significat α. Senatium Hierosoly-

folymitanum, Synedrium LXXII. Seniorum. Gen. 49. 10. Non recedet -- legislator è pedibus ejus, Synedrium non abrogabitur ante natum Christum.  $\beta$ . מִרְחֵק סִפּוֹן, legislator incrustatus Coccejo est Profeta falsus, populo Christiano humanas leges ferens, Antichristus. Deut. 33. 21. Ibi portio, vel ager, legislatoris incrustati. In mundo Antichristus habet agros ceu patrimonium, Zach. 13. 5.  $\gamma$ . Psal. 108. 9. *Juda legislator meus*, ad Ecclesiam accedent quoque Judæi, legem Dei scrutantes.

Leo, אֲרִי, לְבַיָּא, λέων. Animal forte, robustum, alacre, sed & crudele ac devorans eos in quos incidit. Est  $\alpha$ . imago Dei peccatores severè punientis. Hos. 5. 14. *Ero tanquam leo Ephraimo*, & tanquam catulus leonis domui Juda. Hos. 13. 7. *Fui eis tanquam leo*.  $\psi$ . 8. *Consumam eos ibi velut leo*. Lament. 3. 10. *Leo in latibulis*.  $\beta$ . Christi. Apoc. 5. 5. *Ecce vicit leo ille ex tribu Juda*.  $\gamma$ . *Regni aut populi victoriosi*. Gen. 49. 9. *Catulus leonis Juda, ex prædatione, fili mi, ascendisti. Incurvavit se, decubuit ut leo, & ut catulliens leo, quis eum excitabit?* David multas de vicinis populis reportavit victorias, & subactis hostibus tandem quievit, Salomo autem in pace regnavit, terribilis gentibus vicinis. Jerem. 4. 7. *Ascendit leo ex umbraculo suo*. Rex Babylonius cum exercitu. Dan. 7. 4. *Prima bestia sicut leo*. Monarchia prima Babylonia domuit leonis instar vicina regna omnia. Apoc. 13. 2. *Os ejus ut os leonis*, Romana Monarchia devoravit omnes populos. Ezech. 32. 2. *Catulo leonis gentium similis factus es, prædam egisti, Rex Ægypti, in aliorum regionibus*.  $\delta$ . Viri militaris, inimici, alterius vitæ vel opibus inhiantis. Ezech. 38. 13. *Omnes juvenes leones dicent ei: An ad agendum prædas venisti?* Nahum. 2. 11. *Ubi est habitaculum leonum, & pascuum catulorum leonum, quo se recipiebat leo, & leena, & catuli leonis?* Ubi jam Ninive receptaculum rapacium & cruentorum militum?  $\psi$ . 13. *Leunculos tuos consumet gladius*. Pl. 22. 22. *Serva me ab ore leonis*. Pl. 57. 5. *Anima mea est inter leones, sectatores Saulis vitæ meæ insidiantes*.  $\epsilon$ . Christiani magno animo Evangelium profitentis. Ezech. 1. 10. *Similitudo autem facierum eorum facies hominis & facies leonis ad dexteram ipsis quatuor*. Apoc. 4. 7. *Animal primum erat simile leoni*.  $\zeta$ . Oppositus leo ovi vel agno, notat hominem irrogenitum, regno Christi infestum,

graf-

grassantem cædibus in cives Christi. Pf. 91. 13. *Super leonem & basiliscum calcabis, conculcabis catulum leonis.* Esai. 11. 6. *Et vitulus, & catulus leonis & bubalus simul.* v. 7. *Leo sicut bos comedet paleam.* Post datam Ecclesiæ pacem pii & impii in una vivent societate, & nutrientur verbo humano, ad salutem non proficiente. Cocceus per leones singulariter Reges & Principes intelligit. Esai. 35. 9. *Non erit ibi leo.*

*Levi,* לֵוִי, לֵוִי. Filius Jacobi, à quo nomen habet tribus Levitica, Sacerdotali dignitate & docendi munere, in populo Israelitico à Deo aucta. Coccejo typus Ecclesiæ Christianæ sub secunda periodo, Deut. 33. 8. 11. Malach. 3. 3. *Purgabit filios Levi, constabitq; eos, sicut aurum, igne Spiritus S. purificabit Apostolos aliosque Evangelii Doctores, & separabit à scoriis, ut sacrificia Jehovæ offerant in justitia.*

*Libanus,* לְבָנוֹן, λίβανος. Syriæ mons cedris aliisque arboribus opacus, Judææ claustrum. Significat α. Hierosolymas, in quibus multæ erant domus è ligno cedrino structæ. Zachar. 11. 1. *Aperi ò Libanon portas tuas, & absumat ignis cedros tuas.* Esai. 10. 34. *Libanon cadet per sortem, Hierosolymæ destruentur per Nebucadnezarem.* Jerem. 22. 20. *Conscende Libanon & clama.* v. 23. *Habitas in Libano, nidificas in cedris.* β. Populum Judaicum. Esai. 29. 17. *Annon paulo post fiet Libanus arvom?* Populus Judaicus à Romanis deprimetur, ut non sit porro mons excelsus, sed humile arvom. Esai. 2. 13. *Super omnes cedros Libani.* Esai. 35. 2. *Gloria Libani data est ei, deserto;* quod Judæi antea fuere, peculium DEL, id jam sunt gentes. Esai. 60. 13. *Gloria Libani ad te veniet, Judæi accedent ad Ecclesiam.* Habak. 2. 17. *Nam vis Libani operiet te, societas Antichristiana destruetur instar Reip. Judaicæ.* γ. Cant. 4. 8. *Mecum de Libano venias, ò Sponsa, mecum de Libano venias.* Ab una mundi plaga ad alteram propageris. δ. Cant. 3. 9. *Lecticam sibi fecit Rex ille Salomo ex lignis Libani.* In Ecclesia Christiana quæ Christum circumfert, sunt cedri & abietes altæ, homines fide & sanctitate eminentes. Esai. 33. 9. *Compungitur Libanus, aret, Ecclesia Dei est tristis ac luget.*

*Libanon.* Vid. *Thus.*

*Liber,* סֵפֶר, βιβλίον. Codex humana scriptura designatus



tus, significat decretum æternum in intellectu divino expressum. Apoc. 5. 1. *Deinde vidi ad dexteram ejus qui insidebat folio, librum scriptum intus & à tergo, obsignatum sigillis septem.* Designantem accuratè omnia orbis & Ecclesiæ fata per septem ætates, sed clausum & occultatum prius quam implerentur res decretæ. v. 3. *Nemo poterat neque in cælo, neque in terra, neque subter terram, aperire librum, nec eum inspicere.* Decreta Dei nemo novit præter Filium qui est in sinu Patris. Apoc. 17. 8. *Quorum nomina non sunt scripta in libro vite Agni,* uti nomina civium sunt inscripta catalogo, sic & Deus novit omnes cives regni cælorum. 2. Per volumen libri & per libellum rectè intelligitur codex profeticus, in quo bona & mala Ecclesiæ fata prædicta extant. Ezech. 2. 9. *Ecce in ea, manu, erat volumen libri.* Apoc. 10. 8. *Abi & accipe libellum apertum.* v. 10. *Et accepi libellum è manu Angeli, & devoravi eum, diligenter consideravi.* Psal. 40. 8. *In volumine libri scriptum est de me.* 3. Libri quibus opera hominum bona aut mala inscribuntur, significant omniscientiam Dei. Apoc. 20. 12. *Et libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vita, judicatiq; sunt mortui ex iis, quæ scripta erant in libris, secundum opera eorum.*

*Liber repudii,* ספר כריתורה, βιβλίον τῆς ἀποστασίας, notat testimonium dimissionis ex communiione cum Deo. Es. 50. 1. *Quis liber repudii matris vestrae, quo dimiserim illam?* Sic increpantur Judæi Jesum repudiantes: an feci divortium cum matre Judæorum refractoriorum, ut habeant potestatem nubendi viro alteri. Jer. 3. 8. *Dedi ei libellum repudii, rejeci Israelem idola colentem.*

*Lignum,* ὕλη, ξύλον. Sumitur α. pro Deo ligneo, vel idolo è ligno factò. Jerem. 10. 8. *Eruditio vanitatum lignum est.* Hof. 4. 12. *Populus meus lignum interrogat.* Jerem. 2. 27. *Dicentes ligno: Pater meus es tu.* β. Pro doctrina falsa quæ non patitur ignem explorationis. 1 Cor. 3. 12. *Quod si quis superædificet super fundamentum hoc - - ligna, fenum, stipulam.* γ. Spiritus S. donum minus. Esai. 60. 7. *Pro ligno afferam es.* δ. Passim sumitur pro arbore. Ita *lignum vite*, Apoc. 22. 2. est arbor vitæ, lignum viride, Luc. 23. 31. arbor viridis.

*Lilium,* ἴρις, κελύων. Flos formosus & suavissimi odoris, imago Ecclesiæ & bonorum illius. Cant. 2. 1. *Ego rosa campi,*  
lilium

*lilium convallium.* Uti lilium in convallibus crescens inundationis vel proculcationis periculo est expositum, sic & Ecclesia. *v. 2. Sicut lilium inter spinas, sic anima mea inter filias,* inter Judæos incredulos. *v. 16. Ego sum illius qui pascit in liliis,* qui ovibus suis non scœnum, aut stipulam præbet, sed lilia, odorifera Spiritus S. dona. Cant. 4. 5. *Duo ubera tua sicut duo hinnuli gemelli capræ, qui pascuntur inter lilia,* è verbo Dei fugis succum odoriferum, uti faciunt hinnuli pascentes in campo liliorum. Cant. 5. 13. *Labia ejus lilia destillantia myrrham transeuntem.* Christus ex ore suo spirat Spiritum S. quo sponsa ungitur, & uncta odorem halat suavissimum. Justus Orgelitanus explicat de doctoribus mortem Jesu Christi annunciantibus, & præconium sanguine confirmantibus. Digna sunt, ut ascribamus quæ Philo Carpathius habet ad istum locum: *Divina,* ait, *scripturæ candorem ejusque sermonum pulcritudinem liliorum persimilem testatur: hæc enim perfecta myrrha sanctorum Martyrum, tormentorum patientiam mortisque victorias referens, imitandi nobis veræ virtutis exempla planissime stillat, cum ait: Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum: Possimus etiam per labia stillantia prædicatores fidei, uti supra dictum est, intelligere: qui dum fortissimorum martyrum gesta & exempla prædicant, plenam myrrham populis stillare videntur: plenam inquam atque perfectam, quoniam martyrum vita ac mores perfectæ cujusque virtutis plenissimi fuerunt. Utque myrrha carnes illiniuntur, ne putredinem sentiant, ita sanctorum exempla atque martyrium auribus adbibentur audientium, ut carnem suam cum vitis omnibus & concupiscentiis crucifigere discant: ne ipsorum anima miserrimè putrescant. Sed cavendum est prædicantibus, ne labia polluta cordis & oris habeant: ait enim, labia Sponsi sicut lilia. Necesse est omnino mundos esse, & omni candore virtutum refertos per quos Sponsus Ecclesiæ suæ loquitur: ut & sanctitatis odore & veritate doctrinæ credituros attrahant, secundum illud Apostoli: Bonus odor sumus in omni loco. Hæc Philo. Cant. 6. 1. Ut colligat lilia. Christus visitavit Ecclesiam, ut recipiat ad se fideles, animi candore & vitæ bono odore commendatos. Philo iterum: In unum enim hortum primo descendisse: deinde verò non in horto, sed in hortis pluri numero, pasci & lilia colligere dicitur à sponsa, ut ex multis Ecclesiis per diversa loca fidelium Christianorum sanctissimarum actionum flores ac fructus ad horreum illud sempiternum aliquando decerpiturus esse videretur.*

deretur. Sunt ergo horti ac lilia fidelium conventus omnes, & queque fideles anime sanctitatis odores & bona fama fructus olentes: quibus & hic, dum vivunt, Sponsus ipse pasceatur, & postremò thalamus æthereus adornatur. Cant. 7. 2. Venter tuus acervus triticeorum septus liliis. Hos. 14. 6. Germinabit tanquam lilium.

Limen, לַמֶּנֶחַ, αὐτῶν, αὐτῶν. Ponitur pro limine templi, temploque ipso Hierosolymitano. Zeph. 1. 9. Visitabo omnem insipientem in limen, puniam eos qui temere accedunt ad templum DEI. Quidam interpretantur de cultoribus idolorum, qui Philisthæorum exemplo non ausi calcare limen idoli, ædem transiliendo intrabant, 1 Sam. 5. 5. Ezech. 43. 8. Quum posuerint limen suum juxta limen meum. Quandoque additur vox Domus. Ezech. 9. 3. & 10. 4. Gloria Dei Israelis recessit à Cherub super quem fuerat, ad limen domus, Messias è cœlo descendens venit in templum. Ezech. 10. 18. Et egressa est gloria Jehovæ à limine domus, & stetit super Cherubinos, à templo abiit rursus in cœlum. Ezech. 47. 1. Ecce aquæ egrediebantur de sub limine domus ad orientem, Evangelium è templo Hierosolymitano propagabatur in orientem.

Linea, יָרְדָּן, αὐτῶν κανὼν, μέτρον. Funiculus in longum protrahitur ad dimetiendam structuram. Hinc α. lineam extendere, est ordinatè ædificare, vel destruere. Zach. 1. 16. Linea extendetur super Hierosolyma, fora, vici, domus certa mensura statuentur. Esai. 44. 13. Faber lignarius extendit lineam, ad dandam idolo certam mensuram. Lament. 2. 8. Cogitavit Jehova vastare murum filie Sionis, extendit lineam, non retraxit manum suam à destruendo, certo modo & ordine Hierosolymas evertit, quemadmodum mœsti recordamur, infelici hoc bello plures urbes secundum lineam esse vastatas, ut durus hostis vicum post vicum, domum post domum subruì præceperit. Esai. 34. 11. Et tendet super eam lineam confusionis, desolationis, יָרְדָּן יָרְדָּן, tollet omnem ordinem structuramque Hierosolymorum, confundet omnia certo ordine ac modo. Esai. 28. 17. Ponam iudicium in lineam. Iudicium à me adversus Judæos, & alios populos, Messiam datum spernentes, exercendum, inserviet domui meæ recto ordine extruendæ. β. Linea יָרְדָּן est ductus literæ, quare ponitur pro primis elementis cognitionis divinæ. Esai. 28. 10. Nam præceptum post præceptum, præceptum post præ-

præceptum, linea post lineam, linea post lineam: parum ibi, parum ibi. Israellem docui instar puerorum, quibus regula post regulam, ductus post ductum traditur; locutus cum eo sum πολυμερῶς, Hebr. 1. 1. partem post partem divini mysterii patefaciens; & tamen nihil profecit in sapientia. Pf. 19. 5. *Linea eorum exhibat per totam terram, omnes incolæ terræ legere possunt testimonium de Deo in caelis exaratum.*

Lingo. Vid. Pulvis.

Lingua, לשון, γλῶσσα. Instrumentum loquendi. Ponitur α. pro homine loquente. Esai. 45. 23. *Mihi curvabitur omne genu, jurabit omnis lingua, omnes sine discrimine homines me adorabunt ceu Deum, Dominum ac Liberatorem.* Pf. 12. 4. *Succidat Jehova linguam loquentem magna, falsorum profetarum, DEO se æquantium, regibus præponentium, Scripturas S. spernentium,* Dan. 7. 8. Apoc. 13. 5. Philip. 2. 11. *Omnisque lingua confiteatur Dominum esse Jesum Christum.* β. Pro dialecto, sermone. Dan. 1. 4. *Ut doceret eos literas & linguam Chaldaeorum.* Esth. 1. 22. *Secundum linguam populi sui.* Esai. 50. 4. *Dominus Jehova mihi dedit linguam eruditorum, לשון למודים, LXX. γλῶσσαν παιδείας, sermonem aptum aliis erudiendis.*

Linum, פד, פשתת, λινον. Notat α. opus è lino factum, rete, indumentum &c. Hof. 2. 9. *Auferam linum meum.* Esai. 19. 9. *Et pudescient facientes linum optimum, & texentes foraminosa.* Uti Ægyptus linum proferebat eximium, sic & incolæ Ægypti scite id tractabant. In Ægypto mystica intelligi possunt conditores legum humanarum ad homines in una civitate continendos. Apoc. 15. 6. *Induti lino puro & candido.* Dan. 10. 5. *Ecce vir quidam vestitus lino.* β. Esai. 42. 3. *Linum languens non extinguet, populum exitio vicinum non destruet servus meus, dum in abjecta forma inter illum degit, sed expectabit tempus judicii.* Conf. Matth. 12. 19. 20. *Linum enim languens quia cito extinguitur, est figura hominis aut populi ad interitum vergentis. Quanquam vulgo sumatur pro fide infirma.* Es. 43. 17. *Sicut linum extincti sunt.* V. Byssus.

Liquefacio, liquo, המס, המסרה, מנ, תיקא. Dissolvo. α. Affigo, vexo, ut membra nostri corporis ferè diffuant, animusque despondeatur. Job. 30. 22. *Et liquefacis me.* Esai. 64. 7.

*Liquefecisti nos per manum iniquitatum nostrarum.* Jos. 14. 8. *Liquefecerunt cor populi.* Deut. 1. 28. *Liquefecere cor nostrum*, pavidum, fecerunt. Pl. 39. 12. *Liquas instar erosionis amabilitatem ejus*, pulchra & amabilis species hominis evanescit, quando illum terret, vel de peccatis admones. β. *Mollio.* Pl. 65. 11. *Imbribus liquefacis eam*, agrum nostri cordis Spiritu S. irrigas & emollis, ut fructus ferat. γ. *Rigo, humecto.* Pl. 6. 7. *Lacrymis meis stratum meum liquefacio.*

*Liquefco*, מוּג, מַסַּר, מַסַּס, τήκομαι. α. *Despero, animum abjicio.* Exod. 15. 15. *Liquefacti sunt omnes incola Canaanis.* Nahum. 2. 10. *Cor liquefactum erit.* Ezech. 21. 15. *Ut liquefiat cor.* Pl. 107. 26. *Anima eorum liquecebat in malo.* β. *Consumor ceræ instar.* Pl. 46. 7. *Dedit vocem suam, liquefit terra.* Nahum. 1. 5. *Colles liquefacti sunt.* 2 Petr. 3. 12. *Elementa aestuantia liquefcent.* γ. *Humector.* Es. 34. 3. *Et liquefcent montes sanguine eorum.*

*Lira.* Vide *Sulcus.*

*Locusta*, אַרְבֵּב, גֹּב, גֹּבִים, ἀγρίς. Insecti genus loquaculum, magna advolans copia, frugibus, arboribus & graminibus plantisque infestum, Joel. 1. 6, 7. imago exercitus hostilis Christianum populum vexantis. Saracenorum ex Medi opinione, Satellitum Antichristi secundum Coccejum rectius, nam Saraceni sunt in homines grassati cardibus, à quibus locustæ mysticæ prohibebantur, Apoc. 9. 5. & locustarum Rex Abaddon est Antichristus, v. 11. non Saracenorum אַבְדּוֹן opifex mundi. Sed videamus earum descriptionem. Apoc. 9. 3. *Ex fumo exierunt locustæ in terram, dataque est illis potestas qualem potestatem habent scorpionum in terra.* Inter quintæ tubæ clangorem, decurrente quinta Ecclesiæ N. T. ætate, à Gregorio VII. ad tempus Reformationis, è tenebris falsæ & superstitiosæ doctrinæ sunt orti varii Ordines Monastici, Carthusiani, Cistercienses, Præmonstratenses, Carmelitæ, Dominicani, Franciscani, alii, veneno errorum hominibus nocentes, & locustarum more garruli, numerosi, ingentiq̄ue celeritate longè lateq̄ue diffusi. v. 4. *Et ipsis est dictum, ne laderent gramen terræ, neque viride quisquam, neque ullam arborem, sed tantum homines qui non habent signum DEI in frontibus suis.* DEus hisce Monachis non permisit, ut veneno suo nocerent plebi à Deo electæ, aut plebis sanctæ proceribus, è quibus illa per gramen & herbam, hi per arbo-

arbores supra gramen eminentes, utrique tamen succo vitali virides, depinguntur, sed concessit modo, ut læderent eos qui publicè verum Deum non profitentur, neque legem divinam sectantur. *v. 5. Datumq; est eis non ut occidant eos, sed ut crucientur menses quinque.* Deo providente Monachi eos quibus nocent veneno suo, non interficiunt gladio, sed cruciant doctrina omnis solatii experte, per definitum tempus quo vernæ & æstivæ fruges sperabantur in agro Ecclesiæ, sicut locustæ sata & gramina & arbores ab Aprili ad septembrem depascunt. *Et cruciatus eorum, ut cruciatus scorpionum quum percusserit hominem.* Ut hi quos scorpionum morderunt, igneum sentiunt ardorem, & ex eo vehementem dolorem, nam membrum vulneratum statim inflammatur: ita læsi à locustis animo angentur, & purgatorium inferumque metuunt ignem. *v. 6. Itaque per eos dies homines querent mortem, sed non invenient eam; & desiderabunt mori, sed fugiet mors ab iis.* Quapropter homines tanto angore agitati optabunt se vitæ omnique sensus expertes esse, sed non cessabit angor ille & pavor, augendus interlucente doctrinæ veræ lumine, quod sicut exhilarat servos Dei, ita perterret turbam impiam. *v. 7. Figura autem locustarum similes equis paratis ad prælium.* Monachi isti per orbem terrarum circumvehunt visibilem Ecclesiæ regem, pro cuius divina autoritate sunt prompti paratique lites & contentiones in mundo excitare. *Et super capita earum ut coronæ similes auro.* Pro gloria Papæ pugnas moventes reportant victoriam, cuius insigne corona est, & regnant Dominorum instar in clerum Domini. Sin autem per capita locustarum intelligamus supremos Monachorum Antislites, Romanos Episcopos, coronam auream propriè sumere oportet. *Et facies earum ut facies hominum.* Non modo sunt homines, sed & humani, prudentes ad conciliandam sibi aliorum gratiam. *vl. 8. Et habebant capillos mulierum.* Mulierum instar viro suo, Romano Papæ, sunt subiecti & obedientes. *Et dentes earum ut leonum erant.* Rapaciter & crudeliter devorant aliorum opes. *v. 9. Habebant quoque loricas ut loricas ferreas.* Muniti sunt contra vim veritatis, cuius aculei nequeunt eorum cor penetrare. *Et sonitus alarum ipsarum ut sonitus curruum equis multis currentibus ad bellum.* Magnis agminibus, multo cum strepitu, &

ingenti celeritate, regiones invadunt, velut bello eas expugnantes. *v. 10.* Et habent caudas similes scorpionum, erantque aculei in caudis earum. Sunt Monachicis ordinibus sui affectæ & emissarii, qui hominibus blandiendo venenum superstitionis, mendacii & impietatis propinant. Et earum potestas nocere hominibus menses quinque. Ut locustæ per quinque menses æstivos arbores, herbas & fruges solent depascere, sic Monachi non semper sed definito tempore, nocere hominibus, & seducere eos possunt. *v. 11.* Habentque impositum sibi Regem Angelum abyssi, cui nomen Hebraice Abaddon, & Græce Apollyon. Adorant Regem Antichristum, à Satana missum ad cætum ex inferis oriundum, cui falso doctori Hebræus sermo Perditoris, uti Christo Servatoris nomen dedit. Atque hæc lubuit commentari de locustis Apocalypticis. Josephi Medi de Saracenis explicationem ex Henrico Moro qui in compendium illam redegit, subjungemus, ut de utraque sententia benevolus lector facilius judicet. Sic vero ille Oper. tom III. p. 186. 187. Visionis hujus Medana applicatio ad Mahometem & Saracenos mirabiliter naturalis est usquequaque & accurata. Malum itaque quinta Tuba est falsum illud luminare, Pseudo propheta Mahometes per iram Dei in terram immissus. Cujus doctrina est ille fumus putei abyssi, ejusque sectatores Saraceni, locustæ de quibus hic fit mentio. Ut qui (1) ex Arabia venerunt quemadmodum locustæ Ægyptiaca, quæ Ægyptum literalem infestabant. (2) Et admodum numerosi erant, prout locustarum agmina esse solent. (3) Moramque suam faciunt *μῆνας πέντε*, quod menses quinque reddere poteris. Quæ allusio est ad consuetam durationem locustarum (Plin. II. 29.) respondetque in sensu prophetico quinque annorum mensibus, hoc est, centum & quinquaginta annis quibus hæc locustæ Italiam infestabant, & his centum ac quinquaginta annis quibus Saracenicum regnum durabat. Ad eò aptè quini menses ad ipsos applicantur. (4) Ut & aurea corona ad multitudinem victoriarum eorum, ut qui subdiderunt Palestinam, Syriam, utrasque Armenias, Asiæ minorem, Persiam, Indiam, Ægyptum, Numidiam, Portugalliam, & Hispaniam, intra octoginta annorum spatium. (5) Arabes, unde oriundi sunt Saraceni, crines constringebant tiam mitræ ad morem seminarum. (6) Alarum sonitus harum locustarum, qui erat ut sonitus curruum multorum equorum ad pugnam currentium, major est quam pro Zelotarum factione significatio, sed aptissime ingentes celeræque victorius

Saracenorum denotat. (7) Quemadmodum  $\text{\textcircled{S}}$  venenatae Scorpionum caudae eleganter indignant venenum veteris serpentis sub falsa religione Mahometismi. Etenim omnes illae potestates quae non sunt sub regno lucis, partes sunt potestatum Principis regni tenebrarum, hoc est diaboli. (8) Quemadmodum  $\text{\textcircled{S}}$  hic planè indicatur ex eo quod Rex super ipsos Angelus sit putei abyssi, quanquam tantum praese ferunt zelum colendi illum unum verum Deum qui fecit caelum  $\text{\textcircled{S}}$  terram. Haec falsa eorum affectatio perstringi videtur in ipso nomine sui Principis Abaddon alludendo ad עבדא  $\text{\textcircled{S}}$  אבדא, ut Medus monet, quem illi coluerunt tanquam creatorem mundi, quum tamen reverà ejus potius perditorem colerent, ut haec prophetia voce hac Abaddon insinuat. Hucusque Morus.

Lolium Vid. Tribulus, Zizanium.

Longinquus, רחוק, μακρὸν ἀπέχων. α. Alienus à federe Dei, remotus à Deo. Zach. 6. 15. Longinqui venient  $\text{\textcircled{S}}$  aedificabunt in templo Jehovae. Gentes à Deo usque huc remotae fient pars Ecclesiae. Esai. 57. 19. Creofructum labiorum, pax, pax, longinquo  $\text{\textcircled{S}}$  propinquo. Facio ut pax annuncietur populo meo, & sectatoribus Antichristi.

β. Ignotus. Deut. 30. 11. Praeceptum hoc - - non longinquum est.

Lorica, סריון, שריון, θώραξ. Indumentum bellicum, quo milites corpus adversus tela muniunt. α. Est imago praesidii & tutaminis divini vel humani. Esai. 6. 17. Et induit sese justitia ut lorica, pios defendit justitia sua. Eph. 6. 17. Induti thorace justitiae. 1. Thess. 5. 8. Induti thorace fidei  $\text{\textcircled{S}}$  charitatis. β. Apoc. 9. 9. Locustae habebant loricas ut loricas ferreas, cor munierunt obfirmaruntque adversus vim veritatis & gladium verbi divini.

Lorum, Vid. Funis, vectis.

Lucerna, נר, נר, λύχνος. Depingit α. medium cognitionis. Pl. 119. 105. Lucerna pedi meo verbum tuum,  $\text{\textcircled{S}}$  lumen semitae meae, è verbo tuo disco, qua ratione debeam vivere. 2. Pet. 1. 19. Habemus firmiorem sermonem profeticum, cui rectè facitis quod attendatis, velut lucernae splendenti in obscuro loco, Matth. 5. 15. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam subter modium, sed in candelabrum, & splendet omnibus qui sunt in domo. Joh. 5. 35. Johannes B. erat lucerna ardens  $\text{\textcircled{S}}$  lucens. Apoc. 21. 23. Et lucerna ejus est Agnus. Apoc. 22. 5. Neque opus est iis lumine lucernae, neque lumine solis. Luc. 12. 35. Sint lucernae accense. Zephan. 1. 12. Scrutabor Hierosoly-



*rosolyina lucernis*, accuratè indagabo facta illorum, ut nulla me lateant.  $\beta$ . Est imago letitiæ, felicitatis. Lux enim caligine gratior & hilarior. Jerem. 25. 10. Perdam ab eis - - lumen lucernæ. Apoc. 18. 23. Et lux lucernæ non lucebit in te amplius. Job. 18. 16 Lucerna ejus super eum extinguetur, Pf. 18. 29. Tu lucere facis lucernam meam, perpetuum mihi præbes gaudium. Prov. 13. 9. Lux justorum exhilarat, lucerna autem impiorum extinguetur.  $\gamma$ . Sectatores Davidis eum appellavere lucernam Israelis. 2. Sam. 21. 17. Non egredieris ultra nobiscum in prælium, ne extinguas lucernam Israelis.

*Lucidus*, לָרֹחַץ, φωτεινός. Matth. 6. 22. Lucerna corporis est oculus, si igitur oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Si opes non sunt oculorum vestrorum voluptas, sed liberaliter eas adspicitis, vestrae quoque actiones erunt liberales & rectæ.

*Lucifer*, הַיָּרֵךְ, φωσφορος, ἄστὴρ ὀρθρινός. Stella matutina,  $\alpha$ . imago Jesu Christi. Apoc. 22. 16. Ego sum stirps & progenies illa Davidis, Stella illa splendida & matutina. Apoc. 2. 28. Dabo ei stellam matutinam. 2. Pet. 1. 19. Usque dum dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris.  $\beta$ . Nomen Regis Babyloniorum. Esai. 14. 12. Quomodo cecidisti de cælo, lucifer, fili auroræ.

*Lud*, לֹד. Filius Semi, Gen. 10. 22. pater Lydorum in Asia, quos vicit Cyrus. 2. Ludim filius aut filii Mizraim,  $\alpha$ . 13. Bocharto sunt Æthiopes. Esai. 66. 19. Mittam ex iis evasores ad gentes Tarsis, Phub, & Lud, trahentes arcu. Jer. 46. 9. Egrediantur fortes Chus & Put, apprehendentes scutum, & Ludim apprehendentes & tendentes arcum. Ezech. 27. 10. Paras & Put & Lud fuerunt in exercitu tuo. Ezech. 30. 5. Chus & Put & Lud.

*Lumbi*, לְחָצִי, לְחַמְצִי, ὀσφύς. Pars corporis robusta & sensilis, à viatoribus cingi solita. Hinc  $\alpha$ . lumbos alicujus nutare facere, aut dissolvere, est robur ejus frangere. Pf. 69. 24. Lumbos eorum semper nutare fac. Esai. 45. 1. Lumbos Regum dissolvam. Deut. 33. 11. Transfige lumbos inimicorum ejus.  $\beta$ . Esai. 21. 3. Repteti sunt lumbi mei dolore, gravissimum sentio dolorem.  $\gamma$ . Luc. 12. 35. Sint lumbi vestri præcincti, expediti estote in via hujus curriculo, ut sine impedimento id conficiatis. 1. Pet. 1. 13. Succincti lumbis mentis vestrae.

Luna,

*Luna*, לַיָּלָה, לְבַנְיָהּ, σελήνη. Luminare nocti præpositum, lumen à Sole accipiens. Est α. imago Principum, Magistratum, qui in tenebris hujus vitæ lucem præbent, uti Sol potestatis Ecclesiasticæ. Vid. Sol. Ps. 121. 6. Per diem Sol non percutiet te, neque luna nocte. Joel. 2. 31. Sol convertetur in tenebras, & luna in sanguinem. Matth. 24. 29. Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. Apoc. 6. 12. Luna tota facta est ut sanguis. Principes & Reges terræ cruenta gessere bella occasione Evangelii in lucem revocati. Esai. 24. 23. Erubescet luna, & pudore afficietur Sol, quia regnavit Dominus exercituum in monte Sionis. Politica & Ecclesiastica potestas pudore confundetur, quando Christus fiet Rex totius terrarum orbis. Apoc. 8. 12. Percussa est tertia pars Solis, & tertia pars Lunæ. Esai. 13. 10. Luna non splendere faciet lumen suum. Esai. 60. 20. Non occidet ultra Sol tuus, & luna tua non deficiet. Esai. 30. 26. eritque lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septupla, sicut lux septem dierum. Habac. 3. 11. Sol & luna steterunt intra habitaculum. Gen. 35. 9. Ecce Sol & luna & XI. stellæ incurvabant sese mihi, & 10. nunquid veniendo veniemus ego & mater tua, fratresque tui, ut incurvemus nos tibi in terram. β. Quia pleraque festorum Judaicorum ad Lunæ motum erant descripta, ut novilunia, pascha, pentecoste, festum tabernaculorum, imo totius anni Ecclesiastici ratio ab ejus motu pendeat, Ps. 104. 19. Luna est Symbolum cultus Mosaici. Apoc. 12. 1. Et luna sub pedibus ejus. γ. Est imago Ecclesiæ. Cant. 6. 9. quæ est ista quæ videtur velut aurora, pulchra ut luna, lucens inter tenebras.

*Lupus*, לְבַנְיָהּ, λύκος. Animal rapax & alia dilanians, figura α. hominis irrogeniti. Esai. 11. 6. Et habitabit lupus cum agno. Es. 65. 25. Lupus & agnus pascentur simul. Matth. 10. 16. Ecce ego mitto vos ut oves in medio luporum. β. Doctoris falsi, ovibus Christi insidiantis. Matth. 7. 15. Cavete vobis à falsis profetis qui veniunt ad vos cum vestimentis ovium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces. Joh. 10. 12. Videns lupum venientem relinquit oves, & fugit, lupus autem rapit. Act. 20. 29. Ego enim hoc novi, post discessum meum lupos graves non parcentes gregi ingressuros esse in vos. γ. Militis prædantis, item judicis avari, injusti, crudelis. Jerem. 5. 6. Lupus deserta incolens vastabit eos, miles Babylonius. Gen. 49. 27. Benjamin lupus, rapiet, mane comedet

*predam, & vesperi dividet spolia.* Ex Beniamine Saulus Rex primus, & Saulus sive Paulus Apostolus. Ille comedit rapinam; hic in sero tempore Reip. primus spolia ex gentibus egit. Phrasis eadem de Christo Esai. 53. 12. cum robustis vel numerosis partietur spolia. Cocceius ad vocem דני. Ezech. 22. 27. *Principes ejus in medio ejus ut lupi rapientes rapinam.* Zephan. 3. 3. *Judices ejus lupi vespertini.*

*Lutum, limus, חמר, טיט, πλῆς.* Cæmentum figuli fragile, sordidum, & calcari solitum. N Est imago rei fragilis. Dan. 2. 41. 43. *Vidisti ferrum mistum cum testa luti.* Romanæ Monarchiæ pars una erit firma, pars altera fragilis, contrita, v. 42. Esai. 64. 8. *Nos lutum, & tu fictor noster.* Job. 4. 19. *Qui habitant domus luteas,* mortales fragilesque homines. 2. Depingit statum humilem & miserum. Job. 30. 19. *Projecit me in lutum.* Ps. 96. 15. *Eripe me è luto.* Ps. 40. 3. *Et adscendere fecit me è cisterna sonitus, è luto cœni.* Esai. 41. 25. *Invadet principes tanquam lutum.* 3. Mich. 7. 10. *Nunc erit in conculcationem velut lutum,* inimica populi Dei tandem in vilissimam redigetur conditionem, Esai. 10. 6. *Ponatur eum in conculcationem sicut lutum platearum.*

*Lux, Lumen, ללן, φῶς.* α. Imago Dei & Christi. Esai. 10. 17. *Et erit lux Israël in ignem,* Deus qui Israël se facit manifestum. Esai. 60. 1. *Surge, illuminare, quia venit lux tua.* Excitare, luce, Ecclesia, lumen Evangelii propaga, nam Christus cum regno suo est pro foribus. Esai. 42. 6. & 49. 6. *Dedi te lucem gentium.* Esai. 9. 2. *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.* Conf. Matth. 4. 13-14. Joh. 1. 5. *Lux hæc in tenebris lucet.* v. 9. Vera hæc lux, quæ illuminat omnem hominem, venit in mundum, nam vox ἐγγύμενον est conjungenda cum voce ἦν. Joh. 8. 12. *Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vite.* Joh. 12. 35. Adhuc parvo tempore lux vobiscum est, ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebræ deprehendant. v. 36. Dum lucem habetis, credite luci, ut sitis filii lucis. β. Hominis, cognitionem Dei & Christi in mundum inferentis. Matth. 5. 14. *Vos estis lux mundi.* Eph. 5. 8. *Eratis enim olim tenebræ, nunc autem lux in Domino, ut filii lucis incedite,* γ. Est symbolum cognitionis ac sanctitatis, divinæ aut humanæ.

manet. Dan. 2. 22. Novit id quod est in tenebris, *Et lux cum eo manet.* 1. Joh. 1. 5. Annunciamus Deum lucem esse, non tenebras in eo esse ulla. v. 7. quod si in luce incedimus, sicut ipse est in luce. 1 Tim. 6. 16. Lucem habitans inaccessam. Matth. 5. 16. Splendeat lux vestra coram hominibus, ut videant bona opera vestra. Zach. 14. 7. *Vespera erit lux,* sub finem mundi totus orbis cognitione Dei & sanctitate splendet. Coloss. 1. 12. *Idoneos nos fecit ad participandam sortem sanctorum in luce.* Apoc 21. 11. cujus lumen erat simile lapidi pretiosissimo. v. 24. Et gentes servatorum ambulabunt in luce ejus. Ps. 97. 11. Lux data est justo. A. Ponitur pro gaudio, felicitate, gloria. Job. 22. 28. *Super vias tuas splendet lumen.* Institutum tuum feliciter succedet. Joh. 30. 26. *Præstolatus sum lucem, venit caligo.* Ps. 112. 4. *Oritur in tenebris lumen rectis.* Esai. 59. 9. *Expectavimus lucem, Et ecce tenebra; splendores, in tenebris ambulavimus.* Ps. 36. 10. *Te lucente videmus lucem.* Tu affulges animabus nostris, & nos sentimus pacem, justitiam & gaudium, initia vitæ aternæ. e. Lux interdum notat solem, lunam, fulgur. Job. 36. 32. *Super nubes tegit lucem.* Prov. 4. 18. *Semita justorum velut lux luciferi: progreditur Et illuminat usque ad perfectam diem.* Ps. 74. 16. Tu preparasti lumen & solem. Job. 37. 3. *Sub toto caelo dirigit illud, eloquium, Et lumen ejus super extrema terre.* Job 36. 30. *Ecce extendit ob id lumen suum.* 5. Ps. 44. 4. *Lux faciei est facies ferena, læta, benevolentia signa ostendens.*

M.

*Maceries, מַצְרֵי, מצרים.* Claustrum agri vel horti, figura custodiae, defensionis. Ps. 89. 41. *Rupisti omnes macerias ejus,* regnum Judaicum nudasti custodibus, & passus es, ut exteri in id irrumperent. Esai. 5. 5. *Diruam maceriem ejus.* Ps. 80. 13. *Ut quid dirupisti macerias ejus?* Mich. 7. 11. *Die qua edificavit macerias ejus.*

*Macies, מַצִּי, מצים, iqvoms.* Mich. 6. 10. *Modius maciei detestandus,* iniqua frumenti mensura quam Deus detestatur. Esai. 10. 16. *Ideo mittet dominator Jehova exercituum in opima ejus maciem.* Robustos ac divites Assyrios reddet debiles ac pauperes. Coccejo tamen macies immissa pinguibus videtur significare ingentem famem avaritiæ & ambitionis, ut nullis successibus fatiari potuerint. Ps. 106. 15. *Inmisit maciem in animam eorum, cibo dato eos*

non confirmavit, sed iusto iudicio voluit, ut nauseam mortem-  
 que inde caperent. Esai. 24. 16. *Ab ala terræ cantiones audivimus,  
 decus iusto! at dixi: macies mihi, macies mihi, vā mihi.* Etsi ob adven-  
 tum auxilli ab ultima terra passim audiantur gratulatoriæ voces,  
 quod Deus causam justam, Christi & Ecclesiæ gloriam, nunc  
 velit asserere, nondum tamen dives & pinguis per id auxilium  
 suo, quin graves patior clades. Sic deplorat statum suum Ec-  
 clesia Evangelica. Cœcejus ad h. l. *Quæ vs. 14. dicuntur de can-  
 tibus à mari, conveniunt victoriis Batavici, imprimis anni 1629. quæ  
 vs. 15. de cantibus ab ala terræ, conveniunt expeditioni Sueciæ in Germa-  
 niam, quæ tamen maciem non abstulit, sed magnas clades secum traxit; ut  
 excidium Magdeburgi, & deinde mortem ipsius Regis cum consternatione,  
 omnium, postquam omnia perfidia conturbata sunt. Nam nulli ad commu-  
 nem causam accurrerunt, sedus deseruerunt Evangelici, ipsi Suecis fides ha-  
 bita non est, neque visi sunt serio bonum oppressorum querere; Saxo cum  
 Wallensteinio incepit tractare, quæ tractatio in ludibrium & fallaciam cessit.*

*Macilentus, מַלְאִיטָה, ἰσχυρός. α. Sterilis. Num. 13. 21. Qualis  
 terra, utrum pinguis, an macilenta. β. Famelicus. Ezech. 34. 20. Ju-  
 dicabo inter ovem pinguem, & inter ovem macilentam, inter saturos &  
 esurientes iustitiam. Zeph. 2. 11. Quum macilentos reddidero omnes  
 Deos terræ, quum abrogavero cultum falsorum numinum, eorum-  
 que reditus intervertero.*

*Macresco, מָצַח, ἐξίγνυμαι. Esai. 17. 4. Pinguedo carnis  
 macrescet, abundantia terræ Israeliticæ per Salmanassarem auferetur.*

*Macratio, מַחֲטָה, מַחֲטָה, θύω, σφάζω. Occisio. Esai.  
 14. 21. Preparate filiis ejus macrationem, interficite Babylonios. Esai.  
 34. 2. Dedit eos macrationi. v. 6. Macratio magna in terra Edom, po-  
 puli Evangelium annunciatum spernentes, & præsertim Judæi,  
 dabuntur internecioni. Cades Judæorum cum in Palæstina tum  
 aliis in regionibus, in quibus magno numero versabantur, nar-  
 rat Josephus. Et in imperio Romano post obitum Neronis us-  
 que ad Constantinum M. bella civilia immensam hominum vim  
 abstulere. Esai. 65. 12. Omnes vos incurvabit vos macrationi.*

*Macro, מָחַט, מָחַט, θύω, σφάζω. Occido, internecioni do.  
 Apoc. 6. 4. Ut alii alios macdent. v. 9. Qui macrati fuerant propter ver-  
 bum DEI. Apoc. 5. 9. Macratus es. Jerem. 25. 34. Completi sunt dies  
 vestri, ut macret.*

Macu-

**Macula**, מַמְלָא, μάμλα, σπιλά. *a.* Effigies vitii, peccati, Cant. 4. 7. *Macula non est in te.* Ephes. 5. 27. *Ecclesiam non habentem maculam.* *β.* Peccatoris qui cætui Christiano est dedecori. 2 Pet. 2. 13. *Labes ac macule.* Jud. 5. 12. *Hi sunt macule in agapis vestris.* Jacob. 3. 6. *Maculans totum corpus.*

**Madai**, מַדַּי, מדאי. Filius Japheti, pater Medorum, Gen. 10. 2. Esai. 13. 17. *Ecce Ego suscito contra eos Madai,* Babylonios subjeciam Medis, quod impletum, ubi Darius Medus, Scaligero Nabonidus procerum factione, occiso Belfazare, in regnum est evehctus; post Cyrus Medo & Persico instructus exercitu Babylonem occupavit. Esai. 21. 2. *Ascende Elam, obside Madai, Persæ & Medi oppugnate Babelem.* Jerem. 51. 11. *Suscitavit Jehova spiritum Regum Madai, quia contra Babelem cogitatio ejus, ut perdat eam.* 5. 28. *Sanctificate contra eam gentes, Reges Madai.* Jerem. 25. 25. *Et omnibus Regibus Madai, propinavit calicem de manu Jehovæ: Astyagem Medorum Regem Cyrus vicit captivumque detinuit.* Dan. 5. 28. *Divisum est regnum tuum, & datum est Madai & Paras.* Dan. 8. 20. *Aries ille quem vidisti habentem cornua, Reges Madai & Paras.*

**Madian.** Vid. Midian.

**Magog**, מַגּוּג, μαγωγ. Filius Japheti, Gen. 10. 2. Pater Scytharum circa Caucasum. Ezech. 38. 2. *Pone faciem tuam contra Gog, terram Magog.* Ezech. 39. 6. *Mittam ignem in Magog.* Apoc. 20. 8. *Et exibit, ut seducat gentes quæ sunt in quatuor angulis terræ, Gog & Magog.* Vid. Gog.

**Malleus**, מַלְאָה, σφύρα. Instrumentum tundendi, imago *a.* gentis aut Regis bello regiones vastantis, & populos plagis percutientis. Jer. 50. 23. *Quomodo abscissus & contritus est malleus universæ terræ? Rex Babylonius.* Jerem. 51. 20. *Malleus es mihi, instrumenta belli, & conteram per te gentes.* *β.* Verbi divini, dura hominum corda tundentis. Jerem. 23. 29. *Nonne verbum meum - - veluti malleus, conterit petram?*

**Malogranatus**, Malus punica, מַלְאָה פִּינִיקָה, ποδιά, ποϊνική. Arbor humilis, foliis virentibus, quæ venis rubris distinguuntur, & pendent de rubris petiolis, contrita vero acrem & suavem emittunt odorem. Pomum hujus arboris malum punicum, vel malogranatum, grana habet multa, estque rubicundum & sapore diver-

fo, acri, dulci, medio. Succus malogranati dulcis & medii generis ori est gratus, stomacho & cordi salubris. Et arbori & pomo comparatur sponsa Christi. Cant. 4.3. & 6.6. *Ut fragmen malogranati gena tua inter obligatam casariam tuam.* Rubicunda est sponsa decore pudore. Cant. 4. 13. *Plantationes tue paradisis malorum punicearum cum fructu laudatissimo.* Cant. 6. 10. *ut viderem an florisset vitis, florissent mali punice.* Hic loquitur Sponsus. Idem & Sponsa Cant. 7. 12. repetit, atque cap. 8. 2. Eum invitat promittens: *bibere faciam te vinum aromaticum, mustum malogranati mei.*

*Malum, מלון, μήλον.* Fructus arboris mali. Imago hominis sancti bonum odorem spirantis, aut beneficii à Christo impetrati. Cant. 2. 5. *Fulcite me malis.* 2. Cant. 7. 8. *Odor narium tuarum sicut malorum.* Ne odoreres res fœtidas, ne approbes vitia, superstitiones, errores; sed odorare res suaves, bonum odorem emittentes.

*Malus, מלח, μήλα.* Arbor aspectu pulchra, boni odoris, proferens poma nutriendo corpori idonea. α. Effigies Christi. Cant. 2. 3. *Sicut malus inter arbores silvæ, sic dilectus meus inter filios, inter Judæos.* 2. Cant. 8. 5. *Sub malo excitavi te.* Sponsa ad Sponsum: *Te quasi sub malo quiescens dormientem, neque fata mea attendentem excitavi: vel, ego jacens sub illa malo, de qua Cant. 2. 3. sub tuo præsidio agens excitavi te, ut contra hostes auxilio mihi venires.*

*Mammae, mammillæ, מָם, מָם, מָם, מָם.* Receptaculum lactis in feminis, ad nutriendum sætium. α. Esai. 60. 16. *Mammillam Regum fuges.* A Regibus nutrieris. β. Apoc. 1. 13. *Præcinctum ad mammillas zona aurea.* Mammillæ in Christo sunt signum amoris quo Ecclesiam prosequitur, & lactis quo nutrit. Sunt ex cinctæ, quia Jesus est paratus ad nos protegendos, & fructibus amoris augendos. Esai. 6. 11. *Ut fugatis, & satiemini ex ubere consolationum ejus.* Vid. *Uber.*

*Man, manna, מן, μάννα.* Panis cœlestis datus Israelitis in deserto, typus Christi. Joh. 6. 35. *Ego sum panis ille vite.* Apoc. 2. 17. *Victori dabo edere ex manna illo abscondito.* Qui non succumbit Antichristianis seductionibus, eum recipiam in mei communionem,

nem, & mactabo bonis meis, quæ falsus profeta occultat: ab oculis Christiani populi.

*Manasse*, מַנַּשֶׁה, *μανασσης*. Filius Josephi natu major, sed à Jacobo postpositus Ephraimo fratri minori, pater tribus Manasses, quæ multitudine tribum Ephraimiticam minimè æquavit, Gen. 48. 17-20. Coccejo effigies Ecclesiæ græcæ vel orientalis, quæ Latina, aut Occidentali, antiquior quidem, sed post infrequentior & debilior facta est. Deut. 33. 19. *Decem millia Ephraimi, millia Manassis*. Ps. 80. 3. *Coram Ephraimo, Beniamine & Manasse ex-cita fortitudinem tuam*. Esai. 9. 21. *Manasse Ephraimum, Ephraimus contra Manassen, ipsi simul contra Judam*. Apoc. 7. 6. *Ex tribu Manassis duodecies mille ob-signata*.

*Mane*, Matutinum tempus quo Sol oritur, מָקָר, *μαρω*. Ponitur α. pro tempore primi adventus Messia. Esai. 21. 12. *Dixit custos: Venit mane, & etiam nox*. Ortus est justitiæ Sol, at vos in tenebris manetis, quia illi non creditis. 2 Sam. 23. 4. *Et sicut lux, mane orietur Sol, mane non nubes præ splendore, à pluvia herba ex terra*. Sol justitiæ orietur, & lucem afferet, neque ob fulgorem Evangelii tum nubes erunt, quin per virtutem Spiritus S. proferentur fructus fidei ac respicientiæ. Ps. 90. 14. *Satia nos mane gratia tua*. Bonæ tuæ ad satietatem nobis largire præstito Messia. β. Pro tempore secundi adventus, vel die resurrectionis. Ps. 49. 15. *Sicut pecora in inferno ponentur, mors pascet eos, & dominabuntur eis recti mane*. Ps. 46. 6. *Adjuvabit eam Deus usque ad appetens mane*. Per totam noctem hujus seculi, donec lux vitæ æternæ illucescat. γ. Zeph. 3. 5. *Jehova justus in medio ejus, non faciet iniquitatem, mane, mane iudicium suum dabit in lucem*. Messias, Jehova justitia nostra, medios inter Judæos est, omnis vitii expers, & singulis diebus causam Dei contra improbos agit, publice differens ex Mose & Prophetis. δ. Vespera, mane sumitur pro מַנְחָה, sacrificio quotidiano, mane & vespere oblato. Dan. 7. 14. *Usque ad vespervam, mane, bis mille & trecenti, & expiabitur sanctuarium*. Sacrificium jure intermitteretur bis mille & trecentis vicibus, sive 1150. diebus, qui conficiunt annos tres, menses duos, dies decem. Elapso eo tempore sanctuarium rursus dedicabitur cultui veri Dei. Ab eo die, quo Jupiter Olympius in templum fuit Antiochi Epiphanis man-

dato



dato positus, usque ad dedicationem templi sunt elapsi anni tres ac dies decem, 1 Macchab. 1. 57. coll. eum 1 Macchab. 4. 52. Duo autem menses qui restant, supputandi sunt à tempore captae Hierosolymæ, 1 Maccab. 1. 30. Interpretationem hanc confirmat quaestio Angeli ꝑ. præced. *Usque quo visio jugis sacrificii, & prævaricatio desolans?*

*Manipulus*, מַנְיָוּל, מַנְיָוּל, δέσμη, δεξιμα. Fasciculus spicarum, depingit congregatam in unum multitudinem, cætum, societatem. Ps. 58. 6. Num verè, ò manipule, justitiam loquimini? Amos. 9. 6. *Manipulum suum fundavit super terram*, Ecclesiam suam in terra firmiter posuit. Ps. 126. 6. *Veniendo veniet cum júbilo, reportans manipulos suos*, hilari accedet ad Ecclesiam pacatam eum comitatu ingenti fratrum Christo lucrifactorum, Coccejus. Alii tamen interpretantur de liberatione ac felicitate temporali & æterna, quam pii post gravissimas ærumnas consequuntur.

*Manus*, יָד, χεῖρ. Membrum humani corporis robore instructum ad laborandum. Notat α. omnipotentiam DEI, potentemque & efficacem ejus providentiam. Esai. 64. 8. *Opus manuum tuarum omnes nos*. Ps. 31. 6. *In manum tuam commendo spiritum meum*. Jer. 16. 21. *Ostendam eis manum meam*. β. Potestatem. Ps. 89. 49. *Quis eruet animam suam de manu sepulcri?* Ps. 106. 42. *Humiles sunt facti sub manu eorum*. γ. Opus, laborem. Esai. 53. 10. *Voluntas Jehovæ prosperabitur per manum ejus*. Consilium Patris feliciter expedietur per laborem Christi.

*Mare*, יָם, θάλασσα. Magna aquæ collectio, effigies imperii, regni in quo multi confluxere populi. Apoc. 4. 6. *Erat quoque ante solium mare vitreum simile crystallo*, ante solium Christi stabant multi populi, per quos Rex uti per vitrum penitissimè perspicit, & quos fide ac spe vitri instar consistere facit. Apoc. 15. 2. *Et vidi cœu mare vitreum mixtum igni*. Orbem quietum, igne Spiritus S. plenum. Esai. 27. 1. *Occidet Draconem in mari*, Diabolum aut ejus vicarium in mundo. Esai. 19. 5. *Et deperdentur aquæ de mari*. Regiones de regno Ægyptio avellentur. Jerem. 51. 36. *Sticcabo mare ejus*, minuam numerum incolarum imperii Babylonii. Esai. 21. 1. *Pronunciatio de deserto maris*. Prædictio de everfione regni Babylonii, quod est mysticum desertum, ad quod tamen multi

multi populi confluxere, vel, de terra mari afflita & in desertum redacta. Apoc. 8. 8. *Et tertia pars maris facta est sanguis.* Tertia pars Romani Imperii bellis intestinis iisque cruentis vexata. Apoc. 13. 1. *Et vidi bestiam à mari adscendentem,* Romanum Imperium idolatricum, è multis populis constitutum. Apoc. 16. 3. *Secundus Angelus effudit phialam suam in mare* - - quodcumque animal vivebat in mari, mortuum est. Justo Dei iudicio Imperium Antichristianum amisit vitam in Deo, habuit sanguinem non vivum, à Sp. S. non agitatum, & qui vocabantur Christiani, ac putabantur vivere in Deo, non habebant nisi fidem mortuam. Apoc. 18. 17. *Qui mare exercent, qui ex mundo quæstum faciunt.* Zachar. 10. 13. *Et transibit per mare afflictio, & percutiet in mari fluctus.* Totum mundum tribulatio peragrabit, atque Deus mundi motus componet. Jerem. 51. 42. *Ascendit mare contra Babel, multitudine fluctuum eius obruta est.* Exercitus Medopersicus sub Cýro. Psal. 46. 3. *Si moverit montes in corde marium, regna potentia in toto mundo.* Pl. 65. 8. *Qui compefcit sonitum marium, tumultus populorum.* Dan. 7. 2. *Ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari magno.* β. Quia mare nequit colli. & semine conseri ad ferendum fructus, ponitur pro regione in quam semen verbi divini non est projectum. Apoc. 21. 1. *Et mare non est amplius,* non datur regio, ubi non audiatur Evangelium. Hag. 2. 7. *Commovabo cælum ac terram, mare & aridam.* γ. Notat plagam mundi meridionalem. Pl. 107. 3. *Et de terris congregavit eos, ab oriente & ab occidente, ab aquilone & à mari,* Amos. 8. 12. *Et iactabuntur à mari ad mare, & ab Aquilone ad ortum.*

*Margarita,* מרגריט, מארגריט. α. Imago veritatis cœlestis. Matth. 7. 6. *Nec projicite margaritas vestras coram porcis.* Matth. 7. 45. Rursùm simile est regnum cœlorum homini negotiatori querenti pulcras margaritas. v. 46. *Qui quum invenisset unam pretiosam margaritam, abiens vendidit omnia quæ possidebat, & mercatus est illam.* Apoc. 21. 21. *Duodecim autem portæ, duodecim Margaritæ, & singula portæ ex singulis margaritis sunt.* β. Ornamentum & merx meretricis Babylonis. Apoc. 17. 4. *Inaurata auro & lapidibus pretiosis, & margaritis.* Apoc. 18. 12. *Merces auri, & argenti, & lapidis pretiosi, & margarite.*

*Maritata,* מרגריט, מארגריט. Cognomen populi Judaici quem

quem Deus sibi desponderat. Esai. 54. 1. *Plures sunt filii desolatæ quam filii maritæ.* Ecclesiæ è gentibus quàm ex Israele.

*Mas*, masculus, מָסַי, מָסַי. Cognomen Jesu Christi. Apoc. 12. 5. *Peperit autem filium masculum.* v. 13. *Persecutus est mulierem quæ pepererat masculum.*

*Mater*, מָתַר, מָתַר. Cognomen α. Ecclesiæ Judaicæ, quæ Christum peperit, & primos Christianos. Cant. 3. 11. *Videte filia Sionis Regem Salomonem in corona, qua coronavit eum mater sua.* Conf. Apoc. 12. 1-5. Cant. 1. 6. *Filii matris meæ irati sunt in me.* β. Ecclesiæ Christianæ quæ singulis atatibus Christo parit filios. Cant. 3. 4. *Nec dimisi eum donec introduxi eum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Non quiescam, donec Sponso & Liberatori meo illos adducam populos, a quibus & ego veritatem salutarem didici. Cant. 6. 8. *Unica est matri suæ, electa est genitrici suæ.* Sponsa Christi est sola genuina filia Ecclesiæ priorum temporum, etsi & alii cætus jactent se successisse illi, & mentiantur nomini Christi. Cant. 8. 1. *Quis det te ut fratrem mihi, sugentem ubera matris meæ?* v. 2. *Introducam te in domum matris meæ.* Residuus cætus testium Jesu Christi optat & sperat conversionem populi à quo is cognitionem Liberatoris accepit. Galat. 4. 26. *At quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrum.* Conf. Esai. 54. 1. γ. Meretrix Babylonia vocatur mater servorum Antichristi, & scelerum ab iis commissorum. Apoc. 17. 5. *Babylon magna, mater scortationum & abominationum terre.* δ. Urbes primariæ regionum nominantur matres. Jerem. 50. 12. *Pudore affecta est mater vestra valde.* Urbs Babel.

*Maxilla*, mala, gena, מָחָה, מָחָה. Cant. 5. 13. *Maxilla ejus sicut areola balsami.* Pulcræ sunt & amabiles Christi maxillæ, etsi colaphis percussæ. Vid. *Areola*. Mich. 5. 1. *Virga percutient maxillam Judicis Israelis.* Romanæ copiæ sub Pompejo depriment Majestatem Synedrii & Regis Judæorum. Cujus maxilla percutitur virga, non quidem vulneratur lethaliter, sed tractatur ignominiosè.

*Megiddo*. Vid. *Armageddon*.

*Mel*, מֶלֶךְ, מֶלֶךְ. Ponitur α. pro sermone suavi & grato. Cant. 4. 11. *Mel & lac sub lingua tua.* Sponsa profert sermones  
uei-

utiles, gratos, nutriendæ animæ aptos. Cant. 5. 1. *Comedi sabbatum meum cum melle meo, sermonem meæ Sponsæ adprobavi. Vid. sabbatum.*

**Mensa**, מַשְׁחָה, τραπέζα. α. Notat altare. Psal. 69. 23. *Sit mensa eorum coram iis laqueus.* Altare templi haud porro est mensa mei Patris, sed propria Judæorum, unde cum sacrificiis illi impositis certum invenient exitium. Malach. 1. 7. *Quum dicitis: mensa Jehovæ despecta est.* Esai. 65. 11. *Parantes turmæ mensam, turmæ Angelorum sanctorumque hominum offerentes divinum cultum, Coccej. β. Struere mensam, est parare convivium corporale aut spirituale. Ps. 23. 5. Strues coram me mensam, è regione hostium meorum, medios inter inimicos veritatis pasces me verbo tuo, cujus annunciandi publica mihi libertas est data. Prov. 9. 2. Sapientia etiam struxit mensam suam. γ. Mensa est campus prælii, in quo multa jacent cadavera. Ezech. 39. 20. Et saturabimini super mensam meam, equis & curribus fortibus, & omnibus viris bellatoribus.*

**Mensis**, חֹדֶשׁ, μήν. Tempus XXX. dierum, quandoque triginta annorum. Apoc. 11. 2. *Urbe[m] sanctam calcabunt mensibus XLII.* Apoc. 13. 5. *Et data est ei potestas bellum faciendi mensibus XLII.* Hi XLII, menses sunt illi ipsi 1260. dies, vel anni, quibus duo testes sacris amicti vaticinantur. Si eos numeremus ab anno 476. quo Imperium Romanum cum Augustulo per Odoacrum desinit, & Antichristus regnare cœpit, finientur anno 1736. Vid. Dies.

**Mensura**, מִדְּיָה, μέτρον. 1. Significat iudicium de civibus civitatis Dei, qui eo pertineant, & quales esse debeant, deque ipsa civitate. Apoc. 21. 17. *Et mensus est murum ejus 144. cubitorum, mensura hominis, quæ est Angeli.* Angelus qui urbem novam est mensus, adhibuit humanam mensurandi rationem. 2. Eph. 4. 13. *Donec evadamus - vir perfectus ad mensuram stature plenæ, vel plenitudinis, Christi.* Donec perveniamus omnes eo usque, ut impleamur à Christo, & Christus sit in nobis omnia, sine reliquiis carnis, errorum, vitiolorum. 3. Esai. 45. 14. *Viri mensuræ sunt mercatores merces ad mensuram vendentes.*

**Mensuro.** Vid. Metior.

**Mercator**, מַכְרֵה, סוֹחֵר, רֹכֵל, ἄγορα. Imago civis in Tyro & Babele mystica, ementis aut vendentis bona spiritualia. Esai. 23. 8. *Cujus negotiatores Principes, mercatores inclyti terra.* Apoc.

18. 3. Et mercatores terræ opibus deliciarum ejus divites facti sunt. v. 11. Sed & mercatores terræ sebiunt. v. 15. Harum rerum mercatores divites facti procul ab ea stabunt. v. 23. Cujus mercatores erant proceres terræ. Zach. 14. 21. Non erit ultra mercator in domo Jehovæ exercituum die illo. Vid. Negotiator.

Mercatura, מַעְרָב, ἐμπορία. 1. Adumbrat emtionem & venditionem bonorum spiritualium. Ezech. 27. 9. Remiges earum fuerunt in te ad mercandum mercaturam tuam. Esai. 23. 3. Fuitq; negotiatio gentium. 2. Matth. 22. 5. Alius verò ad mercaturam suam. Occupatus negotiis mundi, noluit venire in regnum cœlorum. Vid. Negotiatio.

Mercimonium. Vid. Merx. Mercus meretricia, מַעְרָב, πορνεία. Notat opes, divitias quas acquirunt cultores Idolorum. Esai. 23. 16. Et erit merx ejus, & merces ejus sanctitas ipsi Jehovæ, opes Tyri non perpetuo erunt in illius potestate, sed à Deo distribuentur pro lubitu. Ezech. 16. 33. Omnibus meretricibus dant mercedem, tu vero dedisti dona tua cunctis amatoribus tuis, & mercedes tuas dedisti illis. v. 34. Quum enim dederis mercedem, & merces non sit data tibi, fuisti aliis contraria. Regibus, in quorum auxilio fiduciam posuisti, me neglecto, dedisti thesauros tuos. Mich. 1. 7. Omnes mercedes ejus comburentur igni - - nam de mercede meretricis congregavit, & usque ad mercedem meretricis revertentur. Donaria in facellis suspensa, & idolis sacrata comburentur eum ædibus falsorum Numinum, & quicquid opum Israel idola colens obtinuit, dabitur aliis idolorum cultoribus, Assyriis.

Meretrix, מַעְרָב, שֶׁקֶט, πόρνη. Fœmina corpus prostituens: mœcho, imago urbis & societatis idola colentis. Esai. 1. 21. Quomodo facta est meretrix civitas fidelis? Quomodo Hierosolyma, quondam Jehovæ urbs, à Deo vero ad numina falsa defecit? Es. 23. 15. In fine LXX annorum erit ipsi Tyro velut canticum meretricis. v. 16. Circui civitatem ô meretrix oblivioni tradita. Vid. Tyrus. Apoc. 17. 1. Heus tu, ostendam tibi damnationem meretricis magna sedentis super aquas multas. Hierarchiæ Antichristianæ, quæ & ipsa à vero Deo & Christo defecit, & alios seduxit ad idola, imperans multis populis. Apoc. 19. 2. Meretricem illam magnam, quæ corrumpit terram scortatione

tatione sua, damnavit. Nahum. 3. 4. *Propter multitudinem scortationum meretricis gratiosa, Nineves idolis debita.*

*Meridies, צהריים, μεσηβεια.* I. Media diei pars, qua Sol clarissimè lucet. Designat tempus redditæ lucis Evangelicæ per Reformationem. Esai. 59. 10. *Offendimus in meridie ut in crepusculo.* Quamquam fruamur clarissimo Evangelii lumine, tamen nescimus quid conducatur ad liberandam Ecclesiam, eaque agimus quæ majorem calamitatem post se trahunt. Coccejus de Ferdinandi Regis depositione, Friderici electione & Principum bellis intelligit. II. Notat magnum gaudium, illustremque felicitatem. Esai. 58. 10. *Caligo tua ut meridies, miser tuus status mutabitur in felicissimum.* II. צהריים, תימן, ים, plaga meridionalis. Ponitur interdum pro Ægypto, Jerem. 13. 19. *Civitates ad meridiem clausæ sunt. Non poteritis fugere in urbes Ægypti.* Zach. 6. 6. *Equi varii sunt egressi ad terram austri.* Lagidæ ac Seleucidæ bella in Ægypto moverunt. Apoc. 21. 3. *A meridie tres portæ, gentes meridionales confluent frequentes ad Ecclesiam.* III. Quia meridie solis æstus est gravissimus, notat tempus magnæ calamitatis. Esai. 16. 3. *Pore instar noctis umbram tuam in meridie, viris bonis ac honestis in molesto vitæ hujus æstu præbe refrigerium, ut commode ac tuto habitent sub tuo tutamine.* IV. Amos. 8. 9. *Faciam ut occidat Sol in meridie, & faciam tenebras terræ in die lucis.* Quoad literam hoc vaticinium est impletum die mortis Christi, quando ab hora sexta ad nonam tenebræ totam terram invasere. Sed præterea innuitur, Judæos conjiciendos in extimas tenebras, ob repudiatum justitiæ solem, Jesum Nazarenum.

*Merum, חמר, αμερον.* Vinum quod ferbuit, coque feces ejecit. Emblema α. doctrinæ divinæ sine mixtura humanæ. Esai. 27. 2. *Die illo vinea meri, cantate illi.* Devictis hostibus Ecclesia exhilarabitur veritate sine mixtura errorum superstitionumque. β. Iræ divinæ sine mixtura gratiæ. Apoc. 14. 10. *Bibet hic ex vino iræ Dei, ex mero infuso in poculum iræ ipsius.*

*Merx, mercimonium, רכילות, μύθη.* Significat α. opes, facultates in genere. Ezech. 26. 12. *Diripient mercimonia tua.* Jer. 10. 17. *Congrega de terra merces tuas.* Esai. 45. 14. *Labor Ægypti, & merces Cuschæorum, & Sabæi, viri mensuræ, ad te transibunt.* Ægyptii, Athio-

Æthiopes, Sabaique, suis cum divitiis, accedent in Ecclesiam. *β.*  
 Rem facram quæ in Tyro & Babele mystica emi ac vendi solet.  
 Esai. 23. 18. *Et fiet merx ejus, & questus ejus sanctitas Jehova.* Ezech.  
 27. 33. *Quando egrediebantur merces tua de maribus.* Apoc. 18. 11. *Mer-*  
*ces eorum nemo emit amplius.* *†. 12. Merces auri & argenti.*

Mesech, vel ut veteres scribebant, Mosoch, מֹשֶׁךְ, מוֹשֶׁךְ.  
 Filius Japheti, Gen. 10. 2. Pater Moschorum habitantium montes  
 Moschicos, qui Iberiam dividunt ab Armenia, & utramque à Col-  
 chide, Bochart. Ezech. 27. 13. *Javan, Tubal & Mesech, insitatores tui*  
*cum animabus hominum, & vasa ærea dederunt.* Ezech. 32. 26. *Ibi Me-*  
*sech, Tubal & omnis multitudo ejus.* Ezech. 28. 2. & 39. 1. Principem  
 Rhofsi, Moschi, & Tibareni.

Messis, מִצֵּיט, θερισμός. Refectio & collectio segetis. Si-  
 gnificat *α.* collectionem fidelium in Ecclesiam. Matth. 9. 36. *Ipsa*  
*quidem messis multa, operarii autem pauci.* *†. 38. Rogate igitur Dominum*  
*messis, ut emittat operarios in messim suam.* *β.* Tempus & iudicium  
 Dei, quo veri Christiani segregantur à falsis, cætus Christi à se-  
 ctatoribus Antichristi, quale tempus erat Reformationis. Matt.  
 13. 30. *Sinite simul utraque crescere, usque ad messim & tempore messis di-*  
*cam messoribus.* Marc. 4. 29. *Quoniam adest messis.* Matth. 13. 39.  
*Messis vero consummatio seculi est, tempus Reformationis quo omnia*  
*paulatim ad finem parantur.* Item, in genere, refectionem aut  
 destructionem impiorum. Esai. 18. 5. *Ante messem - - præcidet ra-*  
*musculos falcibus.* Antequam Hierosolymæ sive à Chaldeis, sive à  
 Romanis destruantur, Judæorum plurimi fame, morbis aut gla-  
 dio peribunt. Jerem. 51. 33. *Adhuc paululum, & veniet tempus messis*  
*ei.* Breve est tempus usque ad occupationem Babelis per Cy-  
 rum. Joel. 3. 13. *Mittite falcem, quia matura est messis.* Apoc. 14. 15.  
*Mitte falcem tuam, & mete, quia venit tibi hora ut metas, nam aruit*  
*messis terra.* Exerce iudicium severum contra Ecclesiam tepidam,  
 quæ post reformationem animo ingrato veritatem non diligit.  
 Hof. 6. 11. *Etiã, Juda, faciens messim tibi, vel, tuus est, quando resti-*  
*tuo jacturas populi mei.*

Messor, מִצֵּיט, θεριστής. Significat Doctorem, qui præconio  
 Evangelii separat servos Christi à sectatoribus Antichristi. Matt.  
 13. 30.

13. 30. *Tempore messis dicam messoribus: colligite primum Zizania.* v. 39. *Messores vero Angeli sunt, Viri à Deo legati.*

*Metior*, מִטִּיר, מִטִּיר, μετῖρα. Est a iudicare, discernere ex verbo Dei. Apoc. 11. 1. *Surge & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo.* Dijudica veros Christi testes, viva Ecclesiae membra. v. 2. *Sed atrium quod extra templum est, eijce foras, & ne metiaris illud.* Ne puta visibilem Ecclesiam, Christi nomen mentientem, & Antichristo servientem, esse partem domus Dei. Apoc. 21. 15. *Porro is qui loquebatur mecum, habebat calamum aureum, ut metiretur urbem, & portas ejus, & murum ejus.* v. 16. *mensusque est urbem.* v. 17. *& mensus est murum ejus.* Ex sacra scriptura iudicavit, quinam pertineant ad urbem sanctam novamque, & quo defendantur praesidio. Habak. 3. 6. *Stetit & mensus est terram, bonos à malis, servandos à destruendis discrevit.* β. *Ordinare structuram.* Esai. 48. 13. *Dextera mea palmo mensa est caelos.* Zach. 2. 2. *Ut metiar Jerusalem.* γ. *Exactè nosse.* Esai. 40. 12. *Quis mensus est pugillo suo aquas? - mensusque est mensura pulverem terrae?* δ. *Ad mensuram distribuere.* Pl. 60. 8. & 108. 8. *Vallem succoth metiar.*

*Metō*, מִטִּיר, μετῖρα. Reporto praemium laboris tolerati, aut vitae actae. Prov. 22. 8. *Qui seminat iniquitatem, metet iniquitatem.* Hos. 8. 7. *Quia ventum seminaverunt, & turbinem metent.* Quia verbum Dei in eorum corde radicem non egit, ut amarent veritatem, ideo fructus cognitionis ipsorum nequit esse nisi mala conscientia, angor & desperatio. Hos. 10. 12. *Metite juxta benignitatem,* v. 13. *Arastris impietatem, iniquitatem metetis.* 1. Cor. 9. 11. *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum si nos vestra carnalia messuerimus.* Galat. 6. 8. *Quicquid seminaverit homo, hoc & metet.* v. 8. *Nam qui seminat carni suae, ex carne metet interitum; qui vero seminat spiritui, ex spiritu metet vitam aeternam.*

*Michael*, מִיכָאֵל, Μιχαήλ. Quis sicut Deus, Pl. 113. 5. *agnomen Christi, filii Dei.* Dan. 10. 13. *Ecce Michael solus ex Principibus primis venit ut auxiliaretur mihi.* v. 21. *Non est unus qui confirmet se mecum contra istos nisi Michael Princeps vester.* Dan. 10. 1. *Tempore autem illo stabit Michael Princeps magnus, exurget, nascetur.* Jud. v. 9. *At Michael Archangelus.* Apoc. 12. 7. *Michael & angeli ejus praeliabantur cum Dracone.*

*Midian,*



*Midian*, Madian, מִדְיָן, *μωδίαν*. Quartus Abrahamæ filius ex Cethura, pater Midianitarum incolentium partem Arabia, ubi, urbs Medina est, Muhamedis tumulo clara. *Utut Chusai, Midianita, Ismaelita fuerint diversi generis, tamen promiscue habitaverunt, & in unam Saracenorum nationem coaluerunt.* Bochart. Phal. 1. 4. c. 2. Zippera Mosis uxor & Midianitis, Exod. 2. 16. & Chusitis, Numer. 12. 1. vocatur. Habak. 3. 7. *Pro nihilo vidi tentoria Chusan, trepidarunt cortine terræ Midian.* Coccejus locum istum non de Arabibus, sed Judæis intelligit, quorum templum sit à Deo eversum, & sedes ubique locorum turbata. Nam & Saulem appellari Cusch, Pl. 7. 1. & Israelitas filios Cuschæorum, Amos 9. 7. reputari. Esai. 60. 6. *Dromades Midian & Epha ad te venient.* Arabes in Ecclesiam intrabunt.

*Moab*, מוֹאָב, *μωάβ*. Filius Lothi ex incestu cum filia natu majore genitus, quæ Patrem inebriaverat, unde Moabita, infensi Israelitarum hostes, Pl. 83. 7. subacti tandem à Nebucadnezare, Jer. 27. 3. 6. Coccejus ad Esai. 16. per Moabum intelligit Judæos à Christo visitatos, & c. 25. 10. Saracenos Arabes, aut Judæos, aut Semijudæos Turcas. Nam Moabitis, & reliqua Arabia, pars est Saraceni vel Muhammedani regni. *Triturabitur Moab subter se.* Arabes non resistant regno Christi.

*Mola*, מוֹלָה, *μολα*. Instrumentum molendæ farina, quod servi agitare debebant. Esai. 47. 2. *Tolle molas, & mole farinam.* Redigeris Babel in servitutem. Jerem. 25. 10. *Perdam ab eis - - vocem molarum.* Apoc. 18. 22. *Vox mola non audietur in te amplius, funditus destrueris.*

*Molaris lapis*, מוֹלָה, *μολα*. Olim scelerati hominis collo appendebatur ad eum in mari submergendum. Apoc. 18. 21. *Et sustulit unus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon, significavit, Babylonem ita subito iri eversum, ut ne porro resurgat.* Marc. 9. 42. *Bonum esset ei potius, si circumponeretur saxum molare circa collum ejus.*

*Mons*, מוֹן, *μων*. Imago potentis regni aut populi. Jer. 51. 25. *En ego ad te mons corrumpens, dixit Jehova, qui corrupisti omnem terram, & extendam manum meam super te, & devolvam te de petris, & ponam te montem combustionis.* O Babylonia quæ longè lateque terras vastasti, dejiciam te de culmine honoris ac potentia, & igne  
intus

intus accenso consumam te. Zach. 4. 7. *Quis tu, o mons magne?* coram Zerubabele, in planitiem. Regnum Babylonium destruetur, nec poterit impedire restaurationem Hierosolymorum. Deut. 32. 22. *Inflamabit fundamenta montium.* Hierosolymas & totam Remp. Judaicam ira mea consumet. Pf. 95. 4. *In cuius manu sunt ima terræ, & fortitudines montium ejus sunt.* In potestate Dei sunt omnes homines, omnia regna, universa terra. Pf. 121. 1. *Attollo oculos meos ad montes.* Ecclesia Apostolica in imo constituta, & vocata, ut montes ascendat, vel regna terræ subjiciat Christo, de auxilio sibi inter populos circumspicit, & nullum præter Deum invenit. Cant. 2. 8. *Vox dilecti mei saltantis per montes,* per regna mundi potentia celeriter nomen suum propagantis. v. 17. *Montes scissionis* sunt populi divisi, Judæi & Græci. Pf. 72. 3. *Montes afferent populo pacem.* Populus Dei in mundo habebit pacem, aut, Messias in Judæa pacem annunciabit, cum Angelis & Apostolis pacis præconibus. Esai. 52. 7. *quam decori sunt pedes evangelizantis in montibus?* Hof. 10. 8. *Dicent montibus, operite nos,* à regno ad regnum fugient. Apoc. 6. 15. *Abconderunt se - - in petris montium.* v. 16. *Et dicunt montibus & petris: cadite super nos.* Apoc. 8. 8. *Mons magnus igne ardens projectus est in mare,* Resp. Judaica bello ardens dissipatur per Imperium Romanum. *Weselius* aliter. Regnum Christi persecutione ardens propagatur inter paganos. Apoc. 16. 20. *Et montes inventi non sunt.* Pf. 114. 4. *Montes subsilierunt,* populi commoti sunt tumultibus & bellis. II. *Mons sanctus,* Mons Dei est Ecclesia, quæ fit regnum potens. Esai. 11. 9. & 65. 25. *Non nocebunt, neque perdent in universo monte sanctitatis meæ.* Pf. 24. 3. *Quis ascendet in montem Jehovæ? Quis fiet civis regni cœlorum?* Pf. 68. 17. *Ut quid exilitis montes excelsi? mons quem desideravit Deus inhabitare, certe Jehova hunc inhabitabit in seculum.* Quid commovemini, potentia regna? populus Dei à Deo nunquam destituetur. Ezech. 28. 14. *In monte sancto Dei fuisti, Rex mysticæ Tyri, Antichristus, sedit in templo Dei, in Ecclesia.*

*Morbus,* מר, *vis* Ⓞ. 1. Imago peccati. Esai. 53. 4. *Ipsē tulit morbos nostros, peccata nostra.* Pf. 103. 3. *Medens omnibus morbis tuis, liberans te à lege peccati, & vitæ in Deo donans.* 2. Plagæ, supplicii. Es. 53. 3. *Vir dolorum, & notus morbo, familiaris miseriis, expertus plagarum.*

R

Mor-

*Mordeo*, מרד, מרדו. Vexo, noceo. Jerem. 8. 17. *Et mordebunt vos.* Babylonii damno vos afficient. Habak. 2. 7. *Nonne repente surgent qui mordeant te?* Gal. 5. 15. *Quod si alii alios mordetis & devoratis.*

*Mors*, מוֹת, מוֹתוֹת. *α.* Est nomen Antichristi, uti Christus appellatur vita. Pl. 9. 14. *Exaltas me de portis mortis.* Educis me ex civitate falsi doctoris, homines in secundam mortem conjicientis. Pl. 23. 4. *Si ambulavero per vallem umbrae mortis, non timebo malum.* In tenebris Antichristianis posita non potero avelli à Christo. Apoc. 6. 7. *Qui insidebat ei, nomen illius mors.* Apoc. 20. 13. *Mors quoque & infernus reddiderunt mortuos.* v. 14. *Et mors & infernus coniecti sunt in stagnum ignis.* Esai. 25. 8. *Aboluit mortem in perpetuum.* Apoc. 21. 4. *Mors non erit amplius.* Pl. 55. 16. *Exactorem aget super eos mors.* Hof. 13. 14. *à morte vindicabo eos.* *Ubi pestes tuae, ò mors.* *β.* Est mors in peccatis, status ignorantiae, superstitionis, errorum & impietatis. Pl. 107. 18. *Omnem escam abominabitur anima eorum, & pervenient usque ad portas mortis.* Ex tædio sacrae scripturae doctrinaeque salutaris incident in periculosos errores. *Mors secunda* vocatur induratio in peccato post agnitam veritatem, reditus in errores, superstitiones, impietates post auditum Dei verbum. Apoc. 2. 11. *Victor non leditur à morte secunda.* Qui non succumbit violentis persecutionibus, sed Christo constanter adhæret medias inter paganorum Imperatorum grassationes, non incidet in errores ac superstitiones Antichristi. Apoc. 20. 6. *Beatus est sanctus, qui habet partem in resurrectione prima, in hoc secunda mors non habet potestatem.* v. 14. *Coniecti sunt in stagnum ignis, qui est mors secunda.* Apoc. 21. 8. *Eorum pars in stagno ardenti igni & sulfure, quod est mors secunda.*

*Mortuus*, מוֹתוֹת, מוֹתוֹת. Qui non vivit in Deo, sed peccatis, erroribus ac superstitionibus totus est immerfus. Esai 26. 14. *Mortui non reviviscunt, cadavera non surgunt, qui per Adami lapsum incidere in corruptionem, Evangelium respuunt, neque volunt Christo credere, ac in Deo vivere.* v. 19. *Vivent mortui tui, cadaver meum surgent.* Quos doctor falsus occidit veneno errorum & superstitionum, hi vitam recipient per præconium Evangelii in lucem revocati. Ioh. 5. 25. *Amen, Amen dico vobis, veniet tempus,*

*& nunc*

Et nunc est, quum mortui audient vocem Filii Dei, Et qui audierint, vivent. Eph. 2. 1. Quum essetis mortui in offensis Et peccatis. Coloss. 2. 13. Vosq; mortuos in peccatis Et preputio carnis vestrae. Apoc. 3. 1. Nomen habes quod vivas Et mortuus es. Apoc. 20. 13. Mors quoque Et infernus reddiderunt mortuos.

Mulier, femina, מְיֻזָּה, מְיֻזָּה, מְיֻזָּה. I. Imago Ecclesiae Christo ceu Viro adherentis. Apoc. 12. 1. *Mulier amicta sole, sub cuius pedibus erat luna.* Ecclesia Judaica sole justitiae illustrata, & liberata à lege cultus Mosaici. Apoc. 19. 7. *Venerunt nuptiae Agni, Et mulier ejus paravit se.* Esai. 54. 6. *Ut mulierem derelictam, Et dolore affectam spiritu, vocavit te Jehova.* II. Hierarchiae Antichristianae, cum qua Reges & populi terrae scortantur. Prov. 9. 13. *Mulier stulta tumultuatur.* Coccejus & huc refert, Prov. 7. 5. *Ut custodiant te à muliere aliena, à peregrina, quae non est ex semine Dei, neque pertinet ad familiam Dei.* Apoc. 14. 4. *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt inquinati.* Apoc. 17. 3. *Vidi mulierem insidentem bestiae.* v. 4. *Erat autem mulier illa amicta purpura.* v. 6. *Vidi mulierem illam ebriam sanguine sanctorum.* v. 9. *Septem capita septem montes sunt super quos mulier ista sedet.* Zach. 5. 7. *Ista mulier una confidebat in media Epha.* v. 9. *Duae mulieres exhibant - - - & sustulerunt Epham inter coelum & terram.* Vid. Epha. III. Designat B. Virginem Mariam. Jerem. 31. 22. *Mulier circumdabit virum.*

Murus, מוֹרָס, מוֹרָס, מוֹרָס. Ponitur a. pro ipsa civitate, vel urbe muro cincta. Esai. 56. 5. *Dabo eis in domo mea, Et intra muros meos locum.* Esai. 60. 10. *Et aedificabunt filii alienigenae muros tuos.* v. 18. *Vocabis salutem muros tuos.* Esai. 49. 16. *Muri tui coram me semper.* Nunquam te, o Ecclesia, ex oculis meis dimitto. Pl. 51. 20. *Aedificabis muros Hierosolymorum.* b. Quia muris urbs defenditur à grassatoribus, significat praesidium, defensionem. Exod. 14. 22. 29. *Et aquae iis erant murus à dextera Et à sinistra.* Zach. 2. 5. *Ego quoque ero ei murus igneus.* Apoc. 21. 12. *Habebat autem murum magnum Et sublimem.* v. 14. *Et murus urbis habebat fundamenta XII.* v. 17. *Et mensus est murum ejus CXLIV cubitorum.* v. 18. *Erat autem structura muri ex jaspide.* Coccejus murum novae civitatis putat esse Spiritum S. qui Ecclesiam in unum continet, à mundo separat, invictam reddit, fundat super doctrinam XII. Apostolorum,

rum, atque illuminat. Sed & convenit interpretatio de præsidio Dei Ecclesiam defendentis & conservantis. Quod murus dicitur esse 144. cubitorum, significat defensionem Dei tam latè extendi, quam Ecclesia extendatur; radix enim numeri Ecclesiæ est XII. qui per se multiplicatus producit 144. si ad XII. addatur numerus millenarius, quo numerosa progenies in scriptura notatur, habemus duodecies mille, quot leguntur fuisse obsignati ex singulis XII. tribubus, unde prodit numerus obsignatorum 144000. Apoc. 7. Nimirum nemo ad civitatem Dei pertinet, nisi qui est genitus è semine verbi per XII. Apostolos annuntiati. Ezech. 38. 11. *Omnes habitant sine muro.* Eorum urbes non sunt munitæ propugnaculis. Jerem. 1. 18. Ego dedi te - - - *murum æreum super omnem terram.* Jer. 15. 20. *Dabo te huic populo murum abeneum, munitum.* Mea te potentia sic circumdabo, ut nemo pugnantium adversus te sit tibi prævaliturus. 7. Cant. 8. 9. *Si murus sit, edificemus super eam structuram argenteam.* 7. 10. *Ego murus.* Si infirmi nostri fratres stent firmi in fundamento, Christo, & peregrinos excludant, veritates puras ac pretiosas, argenti instar, usque huc iis ignotas, ipsis communicabimus. 4. Zach. 2. 4. *Sine muro habitabitur Jerusalem,* tanta erit hominum ac pecudum multitudo, ut muro concludi ac contineri nequeat.

*Mus,* עכבר, μῦς. Animal impurum quod comedere non licuit, Levit. 11. 29. Hinc Esai. 66. 17. *comedere murem,* est rem habere cum hominibus impuris, inquinare se vitiis.

*Musca,* זבוב, μύα. Muscæ veloces, numerosæ, homines ac pecudes infestant, imago hostium. Esai. 7. 18. *Die illo sibilabit Jehova musca, quæ est in extremo fluminum Ægypti.* Æthiopes & Ægyptios adducet.

*Mustum,* יין, γλεύκος, μέθυμα. Vinum dulce, uvæ succus dulcis, imago doctrinæ lætæ, solatio plenæ. Zach. 9. 17. *Mustum florere faciet Virgines.* Ps. 4. 8. *Dedisti letitiam in corde meo ex tempore, quo frumentum eorum & mustum eorum multiplicata sunt.* Lætor ex animo, spiritualia dona aliis augeri. Jerem. 31. 12. *Confluent ad mustum.*

*Myrtha,* מ, σμύrna. Frutex odorifer, cujus succus amarus, oleosus arcet putredinem, propterea inungendis cadaveribus

ribus

ribus adhibitus, Joh. 19. 30. sicut & ad unguentum sacrum, Exod 30: 23. Figuratur suavia & odorifera spiritus S. dona, semper viva & vegeta, corruptioni non obnoxia. Ps. 45. 9. *Myrrha, & aloë, & casta omnes tuæ vestes.* Omnes fideles tibi adherentes sunt pleni donis Spiritu S. Cant. 3. 6. *Suffusa myrrha & thure.* Sponsæ virtutes bene olent neque putrescunt. Est myrrha usus ad unguendum uterum gravidum ac partui vicinum, quare & notat Ecclesiæ studium facile ad gignendos Sponso liberos. Cant. 4. 6. *Ibo ad montem myrrha.* Conferam me in imperium præbens sedem Ecclesiæ Spiritu S. unctæ. Cant. 4. 14. inter ceteros fructus qui in horto Ecclesiæ crescunt memoratur & *myrrha & aloë.* Cant. 5. 1. *Collegi myrrham meam.* Cant. 5. 5. *Manus meæ stillaverunt myrrham, & digiti mei myrrham optimam in ansulis seræ.* Quum cor aperui Sponso, sensi virtutem Spiritus S. in labore meo. Cant. 5. 13. *Labia ejus lilia stillantia myrrhâ transeunte.* Christus exhalat Spiritum S. promittit & mittit, vel, eloquia Sponsi suavia sunt ac Spiritu S. plena. II. Cant. 1. 13. *Amicus meus est mihi fasciculus myrrhæ* Communio cum meo Sponso etsi conjuncta sit cum amara eruce, mihi tamen suavis ac salubris est.

*Myrtus*, מיר, μυρτιν. Arbor humilis, virentibus, odoriferis perpetuisque foliis, ejus granis tribuitur vis constipandi & exiccandi, frondes myrteæ fuere adhibitæ ad tabernacula faciendâ, Nehem. 8. 15. In Sacra Scriptura myrti depinguntur. Ecclesiam Judaicam. Zachar. 1. 8. *Is stabat inter myrtos in profundo,* Christus erat præsens populo Judaico. & 11. *Et responderunt Angelo illi Jehovæ, qui stabat inter myrtos.* β. Fideles Novi testamenti, Esai. 41. 19. *Dabo in deserto cedrum, myrtum.* Esai. 55. 13. *Pro urtica adscendet myrtus.*

*Mysterium*, תעלמו, μυστήριον. Res occulta α. religionis Christi. 1. Tim. 3. 16. *Sine controversia magnum est pietatis mysterium, Deus apparuit in carne.* Rom. 11. 25. *Velim vos, fratres non ignorare mysterium hoc.* Apoc. 1. 20. *Mysterium septem stellarum.* Apoc. 10. 7. *Quum cœperit clangere, consummandum esse mysterium Dei.* β. Impietatis Antichristi. 2. Thess. 2. 7. *Jam enim operatur mysterium iniquitatis.* Apoc. 17. 5. *In fronte sua nomen scriptum: Mysterium.* Vid. *Frons.* & 7. *Dicam tibi mysterium mulieris.*

*Nabaioth*, נביוֹת, ναβαιωθ. Primogenitus Ismaelis, Gen. 25. 13. unde Nabathæi gens Arabica. Esai. 60. 7. *Arietes Nabaioth ministrabunt tibi*, Nabathæi Ecclesiæ se subjicient circa ultima tempora.

*Naphtali*, נפתלי, νεφθαλειμ. Filius Jacobi ex Bala Rache-  
lis ancilla, dictus à *lucta*, cujus posterii sortem in Galilæa nacti  
sunt, Coccejo cum tribu Danis typus Ecclesiæ sub sexta perio-  
do, quæ bonis Dei satiata dare operam debet, ut cernat here-  
ditatem aliorum populorum. Deut. 33. 23. *Naphtali satur gratia,  
& plenus benedictione Jehovæ. Mare & meridiem heredita.* Gentes  
occidentales & meridionales. Apoc. 7. 6. *Ex tribu Naphtali XII  
mille obsignata.*

*Nardus*, נרד, נרד. Frutex odorifer, vel radix suaviter  
fragrans, è cujus succo fiebat unguentum quo ungebantur con-  
vivæ, Marc. 14. 3. Joh. 12. 3. Figura Evangelii, quod est odor vi-  
tæ ad vitam. Cant. 1. 12. *Dum Rex est in accubitu suo, Nardus mea  
dedit odorem suum.* Evangelium mihi concreditum fuit odor vitæ  
ad vitam iis qui servantur, 2. Cor. 2. 15. vel, Deus manifestavit  
odorem agnitionis sui per me in omni loco, 1. 14. *Nardus per  
mare vecta, ob siccitatem facile humore maris ascito, situm  
contrahit, aut putrescit, ac pessime olet, unde laudatur נרד  
מטוה, nardus vera, incorrupta.* Sic Evangelium nisi puris ani-  
mis, & madore hujus mundi carentibus, excipitur, fit odor mor-  
tis ad mortem. *Coccejus.* Cant. 4. 13. *Cyperum cum nardis.* 1. 4.  
*Nardus & crocus.*

*Nares*, נפִיִם נחירִים, πνεύς. Instrumentum percipien-  
di odoris, & emittendi spiritus. Quia homines graviter irati  
vehementem è naribus spirant halitum, designant iram. Job.  
4. 9. *Spiritu narium ejus consumuntur.*

*Nasus*, נַס, πῆρ, μύτη. Instrumentum spirandi & odoran-  
di. α. Halitus nasi vehemens est signum iræ. Ps. 18. 9. *Ascen-  
dit fumus in nasum ejus.* 1. 16. *Propter flatum halitus nasi tui.* Ps. 74.  
1. *Fumat nasus contra oves pascuæ tuæ.* β. Cant. 7. 4. *Nasus tuus velut  
turre Libanon spectans versus Damascum.* Sicuti turris in Libano æ-  
dificata eminens conspicitur, ita tu de longinquo bonum & malum  
odo-

odoraris, verum & falsum discernis. Justus Orgelitanus: *Nasus* Ecclesia illi sunt, qui odorem justitiæ (qui est in Christo) percipientes, ad cordis interna trajiciunt. Hi qui in magna virtute consistunt, sicut turris Libani disponuntur. Libanum autem candorem esse, jam superius diximus: horum proceritatis candor respicit contra Damascum, quia sapientia eorum, quæ ex Deo est, illuminat mundum. Biblioth. Patr. t. IX. p. 739. Philoni Carpathio nasus Sponsæ acutissimi sensus judicium salutare & bonorum atque malorum discrimen significat. At Coccejus monet, turrim in Libano fuisse extractam è suspitione Syrorum Israelitis sæpe insidiantium, ac nasum denotare iram: scil. Protestantes post initium seculi præteriti sæpe fuisse iratos Imperio, Evangelii liberam professionem impediendi, inde Protestationes adversus quædam edicta Imperii, federa, bella. Cant. 7. 8. *Odor nasi tui sicut malorum.*

*Nauclerus*, נַחַל, πλωρεὺς, ναύκληρος, κυβερνήτης. Gubernator ac Dominus navis, effigies Episcopi Ecclesiam gubernantis. Apoc. 18. 17. Omnes naucleri, & omnis in navibus versantium turba -- longe stabunt. Zach. 11. 7. Virgam alteram vocavi, Naucleri, gregem meum post regimen clemens seniorum, gubernari passus sum per Episcopos. v. 14. Incidi virgam meam, naucleri, ad irritam faciendam fraternitatem inter Judam & Israellem. Passus sum mutari Regimen Ecclesiæ, quæ usque huc per Collegium seniorum sine scissione fuit recta. At infracta presbyterii auctoritate orti sunt gubernatores populi Christiani, Episcopi, Metropolitani, Patriarchæ, quorum occasione Ecclesia est scissa.

*Navis*, נַחַל, נַחַל, πλοῖον, ναὺς. α. Imago cœtus sacri. Audiatur Morus: Ἐάν Ἰσραήλ τις, ὅπ' ἐπεισένοι πλοῖον ἐμπορευτικόν, συναγωγὴν ἀνδρῶν ὅσα μυστήρια ποιήσῃ. Quæ profecto interpretatio (Achmetis) ab extremis usque Indis petita. Nec facile sanè conficere possumus, cur navis significet cœtum hominum, religiosorum quorundam mysteriorum celebrandorum gratia congregatum, nisi navigium concipiamus templum representare. Quod cur faciamus equidem nescio, nisi quod naves ædificia sint determinata ac solitaria, adinstar templorum, non sibi invicem conjuncta, non magis quam templa aliis ædificiis. Quod verò πλοῖον ἐμπορευτικόν dicitur, navis mercatoria; ad lucrum sacerdotis fortean è sacrificiis & oblationibus idolis factis proveniens, ea in re alluditur. An verò obscuriores aliqui recessus in  
naave



*nave representare possint adyta in templis, nescio.* Tom. III. p. 609. Sed & alia est navium ac sacrorum cœtuum comparatio. Ut enim qui in mari aut fluminibus versatur, submergitur nisi positus in navi: ita qui in mundo & societate civili agit, interit nisi Ecclesiæ sit membrum, in qua ad portum cœlestem feratur. Apoc. 8. 9. *Tertia pars navium periit.* Multæ Ecclesiæ particulares (clangente tuba secunda) sunt disturbatæ. Sunt enim Ecclesiæ singulæ tanquam arca Noachi in medio mari. Coccejus. Apoc. 18. 17. *Omnes in navibus versantium turba.* Omnes Laici. v. 19. *In qua divites facti sunt omnes qui habebant naves in mari.* Omnes rectores Ecclesiarum. Pl. 107. 23. *Descendentes in mare navibus, facientes opus in aquis multis.* Erigentes in mundo Ecclesias ac diœceses, & mercaturam sacram exercentes. Prov. 31. 14. *Mulier fortis est velut navis mercatoris, ex longinquo adducit panem suum.* Esai. 23. 1. 14. *Ululate naves Tharsis.* Vid. *Tharsis.* Ezech. 27. 9. *Omnes naves maris, & remiges earum fuerunt in te ad negotiandum.* Omnes Ecclesiæ & earum sacerdotes in Tyro mystica, Romæ sunt mercati bona spiritualia. v. 25. *Naves Tharsis pariter euntes ad te.* β. Est imago societatis civilis, Ecclesiæ vel amicæ, vel inimicæ. Pl. 48. 8. *Vento orientali qui frangeret naves Oceani.* Terruit DEUS hostes Ecclesiæ per populos orientales, Regna & Resp. evertentes. Quanquam & locus ad literam intelligi potest, sæpe enim classes ventorum impetu dissipantur. Esai. 60. 9. *Me insula expectabunt, & naves Oceani.* Esai. 33. 21. *Nobis erit locus fluviorum, rivorum latorum, per quem non possit ire navis remigii, neque navis magna transibit per eum.* Ecclesia erit habitura terram latam, abundantem fluminibus, & sic defendetur, ut nulla hostilis classis penetrare eam & invadere queat.

*Nauta,* נָחַן, נָחַן. Nautæ mystici sunt Canonici, clerici, Monachi, Abbates regulares, Coccejus ad Apoc. 18. 17. *Et nauta & quotquot ex mari questum faciunt, longè stabunt.* Ezech. 27. 27. *Remiges tui & nauta tui.* v. 29. *Omnes nauta maris super terram stabunt.*

*Nebula,* νεφέλη. Imago falsi doctoris, qui spem facit cœlestis pluviam, at solo turget vento. 2. Petr. 2. 17. *Isti sunt - - - nebule à turbine agitata.* Jud. v. 12. *Nebule aqua carentes.* Conf. Prov. 25. 14.

Negotiatio, נַחֲלָה, ἱμμεσι. Ponitur pro emtione ac venditione bonorum spiritualium. Ezech. 27. 15. *Insulae multae negotiatio tuae manus.* v. 25. *Naves oceani euntes ad te in negotiatione tua.* Ezech. 28. 5. *Negotiatione tua opes tuas multiplicasti.* v. 16. *Multitudine negotiationis tuae repleverunt medium tui iniquitate.* v. 18. *Iniquitate negotiationis tuae polluisti sanctuaria tua.* Princeps Tyri mystice & magnas sibi opes venditione bonorum spiritualium comparavit, & mensuram peccatorum accumulavit, & templa profanat. II. Prov. 3. 14. *Negotiatio sapientiae melior negotiatione argenti.*

Negotior, נַחֲלָה, ἐμπόρευμα. Mercaturam spirituales exerceo. Ezech. 27. 3. *Dic ipsi Tyro quae habitat in ostiis maris, negotianti cum populis ad insulas multas.* v. 9. *Omnes naves maris, & remiges earum fuerunt in te ad negotiandum negotiationem tuam.* v. 12. *Oceanus negotiatrix tua.* v. 16. *Aram negotiatrix tua.* Conf. Apoc. 13. 17. *Ne quis possit emere aut vendere, nisi qui habeat characterem aut nomen bestiae.* 2 Petr. 2. 3. *Per avaritiam fictis sermonibus vos negotiabantur.* II. Negotiari est dona à Deo accepta, ad ipsius gloriam & proximi hominis salutem impendere. Matth. 25. 16. *Negotiatus est ex iis, v talentis.* Luc. 19. 13. *Negotiamini donec veniam.* v. 15. *ut cognosceret quis quid esset negotiatus.*

Negotiator, נַחֲלָה, ἐμπόρευ. Rerum sacrarum emtor aut venditor. Ezech. 27. 15. *Filii Dedan negotiatores tui.* v. 20. *Damemesc negotiatrix tua.* v. 27. *Negotiatores negotiationum tuarum.* Ezech. 17. 4. *Urbs negotiatorum est Babylon.* Vid. Mercator. Confer 1. Tim. 6. 5. *qui pietatem quaestui habent.* Esai. 23. 8. *Cujus negotiatores Principes.* Esai. 47. 15. *Negotiatores tui ab adolescentia tua.*

Nicolaita, Νικολαΐτης. Sectator doctoris imperium in conscientias humanas exercentis, nam Νικόλαος est victor populi. Apoc. 2. 6. *Odisti facta Nicolaitarum, quae ego odi.* v. 15. *Ita habes etiam, qui teneant doctrinam Nicolaitarum, quod odi.* Doctores Ecclesiae primi temporis non dominabantur Clero Domini, quod tempore tercio jam fieri consuevit.

Nidulor, נִדּוּל, νοσσεύω. Sedem statuo. Jerem. 22. 23. *Nidulans in cedris, habitans in domibus cedrinis.*

Nidus, ἵπ, καλιὰ, νοστιά ponitur a. pro domo vel sede. Job. 29. 18. *In nido meo moriar.* Numer. 24. 21. *Pone in petra nidum tuum.*

tuum. Jerem. 49. 16. *Quum exaltaveris nidum tuum instar aquile, illinc descendere faciam te.* Habak. 2. 9. *Ut ponat in excelso nidum suum.* Coccejus de invecdis in Ecclesiam dignitatibus sacris Episcoporum, Metropolitanorum, Patriarcharum, Cardinalium, Papæ, intelligit. 8. Pro pullis in nido. Esai. 16. 2. *Nidus dimissus, pulli dispersi.* Deut. 32. 11. *Ut aquila excitat nidum suum.*

**Niger**, נִיָּר, μέλας. Obscurus, splendore externæ pompæ carens. Cant. 1. 5. *Nigra sum, at decora.* v. 6. *Ne videte quod nigra sim, quia Sol me conspiciatus est.* Æstum calamitatum tolero, quare nemo miretur aspernabilem formam meam. Job. 30. 30. *Pellis mea nigra est facta à me, amisit vivum colorem.* Zach. 6. 2. *Equi nigri sunt Medi & Persæ Judæos vexantes.* Sed Apoc. 6. 5. *Equus niger* depingit Ecclesiam vivo colore destitutam propter famem & inopiam cibi salutaris. Thren. 5. 10. *Pelles nostræ tanquam furnus demigratae sunt propter exustiones famis.* Joel. 2. 10. *Sol & Luna sunt nigri.* Apoc. 6. 12. *Sol factus est niger ut saccus cilicinus,* Sol cœli Antichristiani amittit splendorem, Doctor mendax non habetur porro pro sole Ecclesiam illuminante. Jer. 4. 28. *Et cœli fient nigri,* נִיָּר.

**Nilus**, נִיָּל, νεῖλος. Fluvius Ægypti Hebraicè niger vocatur ab aquis turbidis, notat Ægyptios. Jerem. 2. 18. *Quid tibi via Ægypti, ut bibas aquas Nili? Cur fiduciam posuisti in auxillio Ægyptiorum?* Esai. 23. 3. *In aquis multis semen Nili.*

**Nimbus**, Vid. Imber.

**No**, נֹ, Νῶ. Celebris Ægypti urbs, quam Diospolis aut Thebas esse Ægyptias, Bochartus statuit in Phaleg, 4. c. 27. Jer. 46. 25. *Ecce ego visito Amon No*, Jovis habitationem διόσπολιν. Ezech. 30. 14. *Faciam judicia in No.* v. 15. *Succidam Amon No.* Nahum, 3. 8. *Numquid melior es civitate No, populos habente multos, quæ sita est inter flumina.* Thebas primo Nebucadnezar, tum Carthaginenses, tertio Cambyses Persarum Rex, & tandem Cornelius Gallus sub Augusto vastare. Vid. Bochart. l. c. Marsham. Canon. p. 544. Edit. Londin.

**Noph**, נֹפֶת, Moph, μέμφις, civitas Ægypti superioris. Es. 19. 13. *Erraverunt principes Noph.* Ezech. 30. 13. *Cessare faciam idola de Noph.* Jerem. 46. 19. *Noph erit in solitudinem.*

Nox

**Nox**, לַיְלָה, לַיְלָה, נֹג. Notat α. tempus tristitiæ, calamitatum. Cant. 3. 8. Cuique gladius suus ad femur suum *pre metu in noctibus*. Cant. 5. 2. *Crines mei pleni guttis noctis*. Mich. 3. 6. *Nox vobis ex visione*. Apoc. 21. 25. *Nox enim non erit illic*. β. Tempus V. T. item paganismi, corruptionis, ignorantiae. Esai. 21. 11. *Custos quid de nocte?* v. 12. *Venit mane, & etiam nox*. Vid. Custos, mane. Rom. 13. 12. *Nox processit*. 1. Thess. 5. 5. *Non sumus noctis, neque tenebrarum filii*. Joh. 9. 4. *Venit nox cum nemo potest operari*. Judais in tenebras extimas coniectis nulla tum fient miracula per Apostolos. Apoc. 8. 12. *Ut diei non luceret pars tertia, & noctis similiter*. Lux veritatis obscurata tempore Antichristiano.

**Nubes**, נֶבֶל, נֶבֶל, נֶבֶל, נֶבֶל, נֶבֶל. Sumitur α. pro multitudine. Esai. 60. 8. *Qui sunt isti, qui ut nubes advolant?* magno numero. Hebr. 12. 1. *Cum tanta nos circumset testium nubes*. Ezech. 38. 9. *Venies ut nubes, ut operias terram*. v. 16. *Ascendes contra populum meum Israel, sicut nubes, cum numerosissimo exercitu illius terram invades*. β. Est imago calamitatis & miseriæ, nam tempora nubila sunt tristitia & serenis injucundiora. Eccles. 12. 2. *Revertuntur nubes post pluviam, una calamitas insequitur alteram*. Ezech. 30. 3. *Dies nubis, dies tristis & obscurus*. v. 18. *ipsam nubes operiet*. Ezech. 34. 12. *In que dispersæ fuerant die nubis & caliginis*. γ. Notat verbum Dei per quod Spiritus S. hominem facit aptum ad producendum fructus bonos. Esai. 5. 6. *Nubibus mandabo ne pluant super eam pluviam*. δ. Præsidium, defensionem. Esai. 4. 5. *Creabo super cætus convocatos nubem per diem*. Ut Israeli meam olim præsentiam per nubem sum testatus, sic & cætus in N. T. convocandos protegam ac defendam. ε. Esai. 45. 8. *Stillate cœli superne, & nubes manent justitia, è cœlo descendant omnes divitiæ cœlestes cum Christo justitiæ auctore*. ζ. Apoc. 10. 1. *Et vidi aliquam Angelam fortem è cœlo descendantem, amictum nube*. Ut in nube olim Filius Dei venit in montem Sina, & in nube apparuit super propitiatorio: ita & nunc suam illustri modo testatur præsentiam. Conf. Matth. 17. 5. 2. Petr. 1. 17.

**Nuditās**, גִּלְגָּל, גִּלְגָּל, γύμνωσις, γυμνώσις, ἀγύμν. Ponitur pro paupertate, miseriâ, sive corporis, sive spiritus. Gen. 42. 9. *Exploratores estis, ad videndam terræ nuditatem, ad videndum vitia* Reip.

Reip. quæ solent tegi. Nahum. 3. 5. Et faciam ut gentes videant nuditatem tuam. Apoc. 3. 18. *Nec appareat dedecus nuditatis tue.* Deut. 28. 48. Servies inimicis tuis in fame, & siti, & nuditate, & penuria omnium rerum. Esai. 47. 3. *Denudabitur nuditas tua.*

*Nudo*, denudo, ערו, חשו, γυμνῶν, ἐκκενῶν. Privo, spolio. Pl. 29. 9. *Et nudavit silvas frondibus.* Esai. 3. 17. *Jehova nudabit pudenda earum*, in ignominiosum statum ponet filias Sionis, privatas omnibus facultatibus. Esai. 47. 2. *Nuda comam tuam more lugentium feminarum.* Jerem. 13. 22. *Propter multitudinem iniquitatis tuæ discoopertæ sunt fimbriæ tuæ, & nudatæ plantæ tuæ.* Jerem. 51. 58. *Murus Babelis latus nudando nudabitur.* Ezech. 32. 15. *Quam nudata fuerit terra (Ægypti) à plenitudine sua.* Jerem. 49. 10. *Ego nudavi Esavum.* Habak. 3. 13. *Nudasti fundamentum usque ad collum.* Id est, pleramque molem populorum, cui tanquam corpori suo se imposuerat Antichristus velut caput, ei subtraxisti, ita ut non remanserit ipsi nisi cervix, h. e. pars minima illius corporis. Jam hic intueri licet imaginem detruncationis imperii Papæ, factæ per Reformationem primitus. Italia, Hispania, Gallia, Germania, Bobemia, Hungaria, Polonia, Suedia, Norvegia, Dania, Scotia, Anglia, Hibernia magnum corpus fuit. In Reformatione Papæ mansit Italia & Hispania, caput & cervix. Pl. 137. 7. *Nudate, nudate usque ad fundamentum in ea. Babelem funditus destruite.*

*Nudus*, ערו, γυμνός. Spoliatus omnibus bonis. Ezech. 16. 39. & 23. 29. *Dimittent te nudam & discoopertam.* Apoc. 17. 16. *Reddent illam nudam.* β. *Destitutus veste salutis ac justitiæ,* Ezech. 16. 7. *Tu autem nuda & discooperta eras.* Apoc. 3. 17. *Nescis te esse - - nudum.* Apoc. 16. 15. *Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videantur pudenda ejus.* γ. Hof. 2. 5. *Ne exuam illam nudam, & destituam ut die nativitatis ejus.* Ne illam privem omnibus bonis corporalibus ac spiritualibus. Mich. 1. 8. *Incedam spoliatus ac nudus.* Lugentis instar.

*Nudina*, ערבון, ἀγογή. *Conventus solennis ac frequens ad emendum ac vendendum.* Adumbrat præsertim festa solennia Romanæ Ecclesiæ, quibus indulgentiæ & alia bona sacra ven-

venduntur emunturque. Ezech. 27. 12. *In nudinis tuis.* v. 27.  
*Opes tuæ, & nudina tuæ.*

**Nuptiæ**,  $\gamma\alpha\mu\omicron$ . Maris & feminæ conjunctio quam sequi convivium solet. Adumbrat Christi & Ecclesiæ conjunctionem. Matth. 22. 2. *Simile est regnum cælorum cuidam Regi, qui nuptias fecit filio suo.* v. 4. *Venite ad nuptias.* v. 8. *nuptiæ quidem paratæ sunt.* v. 10. *Impleta sunt nuptiæ accumbentibus.* In Ecclesiam accessere boni ac mali. v. 11. *Ubi vidit illic hominem non vestitum veste nuptiali.* Matth. 25. 10. *Intraverant cum eo ad nuptias.* Luc. 12. 36. *Vos similes estote iis qui expectant Dominum suum quando revertetur à nuptiis.* Apoc. 19. 7. *Venerunt nuptiæ Agni.* v. 9. *Beati qui ad cænam nuptiarum Agni sunt vocati.* Matth. 9. 15. *Num possunt Filii conclavis nuptialis lugere, quamdiu sponsus cum illis est?*

**Nutrio**,  $\nu\lambda$ ,  $\tau\rho\acute{\epsilon}\phi\omega$ ,  $\epsilon\kappa\tau\rho\acute{\epsilon}\phi\omega$ ,  $\alpha\nu\tau\rho\acute{\epsilon}\phi\omega$ . Erudio, instituo. Eph. 6. 4. *Nutrite eos doctrina & admonitione Domini.* 1. Tim. 4. 6. *Nutritus sermonibus fidei bonæque doctrinæ.* Act. 22. 3. *Nutritus in hac ipsa urbe ad pedes Gamalielis.* Vid. Alo.

**Nutritivus**,  $\nu\lambda\iota\upsilon\varsigma$ ,  $\tau\rho\phi\epsilon\delta\iota\varsigma$ ,  $\eta\theta\upsilon\rho\iota\varsigma$ . Qui infantem in sinu fert. Esai. 49. 23. *Et erunt Reges nutritii tui, te curabunt, fovebunt.*

**Nux**,  $\nu\lambda\iota\chi$ ,  $\kappa\alpha\kappa\upsilon\tau\alpha$ . Cant. 6. 13. *Descendi in hortum nucum.* Visitavi Ecclesiam quæ præter nucleum vescum protulit & putamina abjicienda, errores, superstitiones, vitia.

O.

**Oblatio**,  $\nu\lambda\iota\chi$ ,  $\pi\rho\sigma\phi\epsilon\rho\upsilon\gamma\iota$ ,  $\delta\acute{\alpha}\rho\omega$ . Figurat rem Deo consecratam tempore Novi testamenti. Pl. 20. 4. *Recordetur omnium oblationum tuarum, mortis & obedientiæ tuæ.* Sic Ecclesia Patrem orabat pro Christo patiente. Esai. 66. 20. *Inferunt filii Israëlis oblationem in vase mundo, in domum Jehovæ.* Malach. 1. 11. *In omni loco offertur incensum nomini meo, & oblatio munda.* Rom. 15. 16. *Ut oblatio gentium fiat accepta.*

**Obsigno**,  $\nu\lambda\iota\chi$ ,  $\sigma\phi\epsilon\gamma\iota\zeta\omega$ . Sigillo rem munio, sive ad eam custodiendam, sive ad occultandam, sive ad confirmandam, unde ponitur  $\alpha$ , pro custodire. Apoc. 7. 3. *Ne nocete terræ, neque mari, neque arboribus, donec obsignemus servos Dei nostri in frontibus suis.* v. 4. *Et audiivi numerum obsignatorum.* Eph. 4. 30. *Ne tristitia afficite Spiritum illum Sanctum, quo obsignati estis ad diem liberationis, qui vos custo-*

custodit, ac de futura liberatione certiores reddit. Dan. 6. 17. Et allatus est lapis unus, & positus est ad osium foveæ, & obsignavit eum Rex annulo suo. Matth. 27. 66. Munierunt sepulcrum obsignato lapide. Apoc. 20. 3. Conjecit eum in abyssum, & clausit eam, & obsignavit super illum. Clausit, custodivitque voraginem, ne satanas inde exiret. Cant. 4. 12. Soror mea Sponsa fons clausus, fons obsignatus. Custoditus, ne quis illius aquas aut furetur aut inquinet.  $\beta$ . Pro recondere, occultare, ne res publicè pateat. Dan. 12. 4. Tu autem Daniel, claudere verba, & obsigna librum, usque ad tempus finis.  $\alpha$ . 9. Clausa & obsignata sunt verba usque ad tempus finis. Apoc. 5. 1. Deinde vidi ad dexteram insidentis in folio librum scriptum, intus & à tergo, obsignatum septem sigillis. Job. 9. 7. Qui dicit soli, & non oritur, stellas quoque obsignat, occultat ne luceant. Apoc. 22. 10. Ne obsignes verba Prophetiæ hujus, tempus enim prope est. Dan. 9. 24. Ad obsignandum peccata.  $\gamma$ . Est confirmare. Deut. 32. 34. Nonne est reconditam apud me, sigillatum in thesauris meis? Confirmatum decreto meo, asservatumque, ut suo tempore exequetur. Job. 33. 16. Tunc aperit aurem hominum, & castigationem eorum obsignat. Efficaciter eos erudit, doctrinamque patefactam ita confirmat, ut ignorare eam, vel hesitare nequeant. Es. 8. 16. Liga testimonium, obsigna legem in discipulis meis. Dan. 9. 24. Ad obsignandum prophetam ac visionem, ad confirmandum ac implendum vaticinia. Joh. 3. 33. Qui recipit ejus testimonium, obsignavit quod Deus sit verax. Christo credens confirmat Dei veritatem. Joh. 6. 27. Hunc enim Pater obsignavit, Deus. Deus Pater confirmat, Jesum esse, Filium suum ac Liberatorem.

Obtenebro,  $\text{תַּשְׁכֵּם}$ ,  $\text{αὐχλιζω}$ .  $\alpha$ . Calamitatem immitto. Amos. 8. 9. Obtenebrabo terram die lucis, præstito Messiam Cananæam vastabo, & ejus incolam puniam. Esai. 24. 11. Obtenebrata est omnis letitia. Mutata in tristitiam.  $\beta$ . Errores, ignorantiam immitto. Amos. 5. 8. Convertit umbram mortis in matutinum, & diem obtenebrat nocte. Uti noctium dierumque est vicissitudo, sic Deus potest illuminare cæca gentilium corda, & Israelitas ad usuram lucis excutientes, in penitiores & graviores tenebras detrudere. Coccejus. Rom. 1. 21. Obtenebratum est desipiens cor eorum. Eph. 4. 18. Obtenebrati intellectu.

Occasus, occidens,  $\text{מערב}$ ,  $\text{Ασπυαίς}$ . Ponitur pro plaga mundi

occi-

occidentali. Ps. 113. 5. *Ab ortu Solis usque ad occasum ejus laudatum nomen  
Jehovæ.* Malach. 1. 11. *Ab ortu Solis usque ad occasum ejus magnus est  
nomen meum inter gentes.* Apoc. 21. 13. *Ab occasu porte tres*  
 Occo,  $\Gamma\Omega$ ,  $\beta\omega\lambda\alpha\chi\omicron\tau\epsilon\iota\omega$ . Frangere glebas terræ duras, est  
 dura corda flectere, conterere ad agendam poenitentiam. Hos.  
 10. 11. *Arabit Juda, occabit Jacob, corda præparabunt ad ferendum  
fructus fidei ac respicientiæ.*  
 Oculus,  $\gamma\upsilon\gamma$ ,  $\delta\epsilon\phi\alpha\lambda\omicron\delta$ . Instrumentum videndi, est figura  
 intellectus humani, quo rerum ideas percipimus. Ps. 119. 18.  
*Rege oculos meos, ut videam mirabilia in lege tua.* Eph. 1. 18. *Illumi-  
natis oculis mentis vestræ.* Act. 26. 18. *Ut aperias oculos eorum, ut se  
converterant à tenebris ad lucem.* Cant. 1. 15. *Oculi tui columbarum.* A-  
 poc. 3. 18. *Collyrio unguas oculos tuos, ut videas.* Apoc. 4. 6. *In cir-  
cuitu solii quatuor animalia plena oculis, ante & retro.* Dan. 7. 8. *Ecce  
oculi velut oculi hominis in cornu isto.*  $\beta$ . Scientiæ ac providentiæ  
 Dei & Christi. Job. 34. 21. *Oculi ejus super vias Viri.* Psal. 34. 16.  
*Oculi Jehovæ super justos.* Ps. 66. 7. *Oculi ejus speculantur gentes.* Prov.  
 15. 3. *Oculi Jehovæ in omni loco, contemplantes bonos ac malos.* Cant. 5.  
 12. *Oculi ejus ut columbarum.* Apoc. 1. 14. *Oculi ejus ut flamma ignis.*  
 Singulariter notat Spiritum S. per quem Deum videmus. Apoc.  
 5. 6. *Agnus habens septem cornua & septem oculos, qui sunt septem Spiritus  
Dei missi in omnem terram.*  $\delta$ . Habak. 1. 13. *Mundus oculis, ut non cer-  
nas malum.* Tam sanctus est Deus, ut peccatorum sordes ne qui-  
 dem videre queat. Novit, sed detestatur.

Odor,  $\Pi\Gamma$ ,  $\delta\omicron\mu\eta$ .  $\omega$ . Odor gratus sumitur pro approba-  
 tione rei, aut voluptate ac lætitia inde percepta. Cant. 4. 10.  
*Odor ungentorum tuorum præ cunctis aromatibus.* Virtutibus quas in te  
 operatur Spiritus S. inire delector.  $\nu$ . 11. *Odor vestimentorum tuo-  
rum velut odor libani, justitia & salus tua mihi perplacent.* Cant.  
 7. 8. *Odor narium tuarum sicut malorum.* Hos. 14. 7. *Odor ei velut Li-  
bani.*  $\nu$ . 8. *Odor ejus sicut vini Libani.* 2. Cor. 2. 15. *Christi bonus  
odor sumus Deo in iis, qui servantur, & in pereuntibus.*  $\nu$ . 16. *His qui-  
dem odor mortis ad mortem, illis verò odor vite ad vitam.* Bonum Dei  
 verbum quod annunciamus, vitam affert credentibus, mortem  
 non credentibus, malitiam enim suam augent, ut interitum eva-  
 dere nequeant. Ephes. 5. 2. *Tradidit semetipsum pro nobis oblationem*  
 ac vi-



ac victimam Deo, in odorem bonae fragrantiae. Philip. 4. 18. *Accipiens odorem bonae fragrantiae, hostiam gratam & acceptam Deo, subsidium mihi missum.* β. Quia odor diffunditur, ut à longinquo percipiatur, ideo & famam ac doctrinam latè diffusam ac bonam significat. 2. Cor. 2. 14. *Odorem notitiae suae manifestum facit per nos omni in loco.* Per nos passim praedicat gratam illam doctrinam de suis mysteriis operibusque. Cant. 1. 12. *Nardus mea dedit odorem suam.*

**Odoratus**, חָוָה, ὀσφραίνω. Significat iudicium. Cant. 1. 3. *Odoratus unguenta tua bona.* Virtutes quas abundanter Spiritus S. in humana tua natura producit, mentem nostram eas dijudicantem delectant. Esai. 11. 3. *Et odoratus ejus in timore domini.* De hominibus eorumque actionibus iudicabit rectè secundum legem Jehovae, quem timet. Coccejus paulo aliter reddit & explicat: *Et odorari ejus ad timorem Domini, h. e. odorabitur timorem Domini ut sacrificium, & eo se oblectabit.*

**Odoror**, חָוָה, ὀσφραίνωμαι. Approbo, gratum iudico. Gen. 8. 21. *Odoratus est Jehova odorem quietis, probavit sacrificium Noae.* Levit. 26. 31. *Non odorabor odorem quietis vestrae, vel fragrantiae.* Amos. 5. 21. *Nec odorabor festa vestra.*

**Offendiculum**, אֲשָׁמָה, πρῆσκαμμα, σκάνδαλον. Lapis aut lignum, ad quod quis pede impingit ut labatur. Est occasio peccandi, sive data sive temere accepta. Esai. 8. 14. *Erit in lapidem offendiculi.* Esai. 57. 14. *Tollite offendiculum de via populi mei, remove-te omnia impedimenta cognitionis caelestis.* Pl. 119. 165. *Pax multa diligentibus legem tuam, & non est iis offendiculum.* Zeph. 1. 3. *Consumam - - offendicula impiis, destruam res quae impiis dant peccandi occasionem.*

**Offendo**, אָשָׁם, ἁμαρτάνω, ὀσφραίνω. Labor in peccatum & ex peccato in exitium. Prov. 4. 19. *Via improborum ut caligo, nesciunt in quo sint offensuri.* Malach. 2. 8. *Fecistis ut multi offenderent ad legem.* Dan. 11. 14. *Et offendent.* Jer. 18. 15. *Offendere faciunt eos in viis suis.*

**Olea**, oliva, arbor semper virens, tardè procrefcens, at diu durans, cujus fructus dulce oleum, אֵילַן, ἔλαιον. Imago populi Dei, & hominis regeniti per Spiritum S. Jerem. 11. 16. *Olivam viridem, pulcram fructu, forma, vocavit Jehova nomen tuum.* Hos. 14. 7. *Erit tanquam olea gloria ejus.* Rom. 11. 17. *Tu vero quam esses*

esses oleaster, insitus es pro ipsis (ramis defractis) & particeps radicis ac pinguedinis oleæ factus es. v. 24. Si tu ex naturali exectus es oleastro, & præter naturam insitus es in veram oleam, quanto magis ii qui naturales sunt, inferentur propria oleæ. Zach. 4. 3. Dux quoque oleæ juxta illud, juxta Christum, lucem nostram, stant duo testes, profetæ V. & Apostoli N. T. Apoc. 11. 4. Hi sunt duæ illæ oleæ. Pl. 52. 10. Et ego sicut olea viridis in domo Dei. Pl. 128. 3. Filii tui sicut plantationes olearum.

Oleum, *זית*, *שמן*, *ελαιον*. Fructus olivæ sanans vulnera, refrigerans, dulcis. Effigies Spiritus S. corda nostra exhilarantis. Pl. 45. 8. Utinxit te Deus, Deus tuus oleo letitiæ. Esai. 61. 3. Darem eis gloriam pro cinere, oleum gaudii pro luctu. Pl. 23. 5. Caput meum pingue fecisti oleo. Deut. 33. 24. Tingens in oleo pedem suum Affer, Ecclesia felix. Jerem. 31. 12. Confluent ad bonitatem Jehovæ, ad frumentum, & ad vinum, & oleum. Coccejo & proprius & mysticus sensus admittitur. Ezech. 16. 9. Utinxi te oleo. Matth. 25. 3. Fatuæ acceptis lampadibus suis non ceperant oleum secum. v. 4. Prudentes vero ceperant oleum in vasis suis. v. 8. Date nobis ex oleo vestro.

Olla, *סיר*, *λέβητος*. Vas in quo carnes coquantur. 1. Typus urbis, in qua incolæ consumuntur. Jerem. 1. 13. Video ollam bullientem, & faciem ejus ab Aquilone. Ezech. 11. 3. Hæc olla, nos caro. In Hierosolymis consumemur, uti caro in olla coquitur. v. 11. hæc vobis non erit ut olla, nec vos eritis in medio ejus ut caro. Psal. 58. 10. Antequam ollæ vestræ sentiant rhamnium, sicut caro cruda, sic astus ut turbo perdat eum. Urbes vestræ erunt vobis pro ollis, in quibus coquimini, quod quidem cito fiet. Nam antequam senserint rhamnium, i. e. antequam flamma rhamni fuerint tepefactæ, carne vestra adhuc cruda, existet fervor in ollis vestris. Antequam serio vis hostilis adoriatur civitates vestras, in iis plagæ Dei grassabuntur, & carnem vestram quasi torrebunt, Coccejus. 2. Zach. 14. 20. Eruntq; ollæ in domo Jehovæ sicut pelves illi coram altari. v. 21. Omnis olla in Jerusalem & Juda erit sanctitas ipsi Jehovæ exercituum. In ollis coquebatur caro victimalis, & pelvibus excipiebatur sanguis victimarum. At erant hæc ollæ cum pelvibus sacræ, neque licebat hostiæ carnem in omnibus coquere lebetibus. Quare promittitur, omnes olim fore sacerdotes, ac Deo victimas oblaturus, quia sanguis Messia, omnem carnem mundans, sit suffus.

T

Onager,

**Onager**, אָנָגֶר, אוֹנָגֶר. Animal ferum, deserti amans, valde brutum, & pro arbitrio huc illuc discursans. Conf. Job. 39. 8-11. Typus hominis feri, libertatem amantis, & bruti, ac vagabundi. Gen. 16. 12. *Is erit onager hominis.* Imael, cujus posterii Saraceni & feri & vagabundi fuere. Job. 11. 12. *Homo inanis accipit cor,* & pullus onager nascitur homo. Etsi nascatur brutus & rudis, tamen efficitur prudens. Job. 24. 5. *Ecce onagri in deserto, egrediuntur ad opus suum, mane surgentes ad rapinam, desertum est illi panis & filii.* Pauperes per Arabiae deserta vagantes. Jerem. 2. 24. *Onager assuetus in deserto, pro desiderio animae suae attrahit ventum, ferus Israel toto impetu fertur ad libidinem.* Hos. 8. 9. *Nam ascenderunt in Assyriam, onager solitarius sibi.* Ahasus indomito proprii consilii impetu, ac spreto Dei consilio per Elaiam proposito, Regis Assyrii imploravit auxilium, 2. Reg. 16. 7, 8. *Coccejus.*

**Onus**, אָוֶן, אָוֶן, φορτίον, φέρμα. Notat α. servitutum. Exod. 2. 11. *Aspexit onera eorum.* Exod. 6. 7. *Faciám exire vos ab oneribus Aegypti.* Pl. 81. 7. *Amovi ab onere humerum ejus.* Esai. 10. 27. *Die illo auferetur onus ejus ab humero tuo.* β. Mandatum praestandum. Matth. 11. 30. *Onus meum leve est.* Act. 15. 28. *Ne quid amplius vobis oneris imponeremus.* Matth. 23. 4. *Ligant onera gravia difficultatq; portatu.* Apoc. 2. 24. *Non imponam vobis aliud onus.* γ. Rem gravem, molestam. Job. 7. 20. *Factus sum mihi onus.* Zeph. 3. 18. *Onus super te opprobrium, contumelia qua usque huc affectus fuisti, erat tibi gravis ac molesta.* 2. Sam. 15. 33. *Si transferis mecum, eris mihi oneri.* 2. Sam. 19. 35. *Quid erit servus tuus adhuc oneri Domino meo Regi?* Pl. 38. 5. *Sicut onus grave graviores fuerunt me, iniquitates meae.* δ. Munus, officium grave. Num. 11. 11. *Ut imponeres onus universi populi hujus super me.* v. 17. *Sustinebunt tecum onus populi.* Galat. 6. 2. *Alii aliorum onera portate, alter alterum adjuvet in praestandis officiis.* v. 5. *Unusquisque onus suum portabit, reddet rationem de commisso sibi munere.*

**Operimentum**, אָוֶרֶט, אָוֶרֶט, οὐβλάσιον, κατεσολή. Significat α. vestimentum. Esai. 61. 3. *Operimentum laudis,* Job. 24. 7. *Nec est operimentum in frigore.* β. Medium rei occultandae, quod enim tectum vel coopertum est, haud videtur. Job. 26. 6. *Non est operimentum perditioni. statum exitii penitissimè novit DEUS.*

Esai.

Esai. 50. 3. *Induo cœlum tenebris, saccum pono operimentum eorum. Aërem ac cœlum densissimis nubibus occulto.* Esai. 25. 7. *Abolebit in monte hoc faciem operimenti expansi super omnes populos, & tegmen impositum omnibus gentibus.* Deus destruet falsum doctorem propter quem Deus ac Christus non potuit directis adspici oculis, quod is se intermedium posuerat, & gentes omnes cooperuerat, Coccejus. 7. *Munimentum urbem protegens.* Esai. 22. 8. *Discooperuit operimentum Judæ, destruxit loca munita.*

*Operio, כסו, יטע, ἄβυσσος. α.* *Occulto.* Ezech. 32. 8. *Operiam cœlos.* Prov. 10. 12. *Charitas operit omnes prevaricationes.* Malach. 2. 16. *Operit iniquitatem vestimento suo.* Matth. 10. 26. *Nihil est opertum, quod non sit retegendum, & nihil occultum, quod non sit cognoscendum.* β. *Faciem operiebant lugentes, hinc se operire est lugere.* Cant. 1. 7. *Quare ero ut operiens? Cur lugentis viduæ instar degam inter Judæos? Psal. 69. 8. Ignominia operuit faciem meam.* Lugeo propter contumeliam mihi factam. Sic Jer. 51. 50.

*Ophir, אופיר, Ὀφειρ.* Filius Joktanis, frater Eberi ex posteritate Semi, Gen. 10. 29. *Terra Ophir Bocharto est duplex, una in Arabia prope Sabæos, altera in India.* De priore intelligit loca sequentia. Job. 22. 24. *Aurum Ophir.* Job. 28. 16. *Non estimabitur auro Ophir.* 1. Chron. 29. 4. *Tria millia talentorum auri ex auro Ophir.* Posteriores Ophiram, Indicam, Vir doctus credit esse in Taprobana insula, Sumatram aut Zeilanam, in quam Salomo & Hiramus primi instituere navigationem. 1. Reg. 9. 28. *Qui devenerunt in Ophir, ac tulerunt inde aurum.* 1. Reg. 10. 11. *Navis Hiram, quæ portabat aurum ex Ophir, advexit ex Ophir coralia multa, & lapillos pretiosos.* Conf. 2. Chron. 9. 10. 1. Reg. 22. 49. *Josaphat fecit naves Oceani, ut irent in Ophir pro auro, & non iverunt quia contractæ sunt.*

*Oriens, מִזְרָח, קֵר, ἀνατολή.* Ponitur α. pro Judæa. Esai. 41. 2. *Quis excitavit ex oriente, cui justitia obvia erat ad pedem ejus? Quis è Judæa Messiam justitiæ auctorem deduxit in insulas maris? Mich. 5. 2. Cujus egressus sunt ex Oriente, qui in Oriente primum apparuit.* β. Pro populis Orientalibus, aut plaga Orientali. Pl. 117. 3. *Ab ortu solis usque ad occasum ejus laudatum nomen Jehova.* Malach. 1. 11. *Ab ortu solis usque ad occasum ejus magnum nomen meum inter gentes.*

gentes. Matth. 8. 11. *Multi ab oriente & occidente venient.* Apoc. 16. 12. *Ut pararetur via ab ortu solis, & ad ἀνατολῶν ἥλιου.* Sicut Matth. 2. 1. Esai. 2. 6. *Pleni sunt oriente, vanitatibus ac superstitionibus populorum orientalium.* Ezech. 39. 11. *Transseunt ad orientem maris, ultra mare, Hierosolymam versus.*

Osculor, *פָּשַׁק, κατεφιλέω.* Signum amoris, item & honoris do. Cant. 1. 2. *Osculetur me osculo oris sui.* Cant. 8. 1. *Ut inveniam te foris, osculer te.* Pf. 2. 12. *Osculamini Filium.* Hof. 13. 2. *Qui mactant hominem, vitulos osculantur, homicidæ adorant vitulos.* Coccejus explicat de cultoribus idolorum, qui ob imaginum cultum alios occidentes, hæc sacrificia humana non Deo offerunt, sed falsis Cherubinis, Ecclesiasticis ac politicis Principibus, ad quorum oscula etiam pedibus figenda admitti solent. Job. 31. 27. *Osculata est manus mea os meum.* Gestus adorantis. 1. Reg. 19. 18. *Omne os quod eum, Baalem, non est osculatum.*

Ostium, *פֶּתַח, θύρα.* Introitus ædium. Designat occasionem veniendi ad aliquem. 1. Cor. 16. 9. *Ostium mihi apertum est magnum & efficax.* Act. 14. 27. *Aperuit gentibus ostium fidei.* Coloss. 4. 3. *Ut Deus aperiat nobis ostium sermonis, ut cum Evangelio accedere vos possim.* 2. Cor. 2. 12. *Etiamsi ostium mihi apertum erat per Dominum.* Apoc. 3. 8. *Proposui tibi ostium apertum, nec quisquam potest claudere illud.* Liberum tibi annunciandi Evangelii exercitium dedi, ut sine impedimento in domum meam & intrare ipse, & alios introducere queas. Vid. *Janna, porta.*

Ovile, *בֵּית־בָּקָר, μάνδρα τῶν τετραπόδων, ἀούλη, ποιμνίον.* Notat habitaculum populi Dei. Esai. 65. 10. *Erit planities בֵּית־בָּקָר in habitaculum gregis.* Hof. 9. 13. *Vidi Tyro plantatam in ovili.* Vidi ex Tyriis & gentibus, quarum Tyrus quasi metropolis est, adductos in sortem sanctorum in luce. Zephan. 2. 6. *Et erit maritima regio habitacula agnorum pastorum.* Pf. 65. 13. *Stillant super ovilia deserti.* Pf. 23. 2. *In ovilibus graminosis accubare me facit.* Joh. 10. 16. *Alias etiam oves habeo, quæ non sunt ex hac caula - - fietq; unum ovile.*

Ovis, *בָּקָר, אֵילָן, τετραπόδιον.* Pecus placida, simplex, in sacrificiis adhibita. Effigies hominis pii & Deo consecrati. Pf. 74. 1. *Quare sumat nasus tuus contra oves pascui tui!* Cant. 1. 8. *Egredere per vestigia ovium.* Jer. 23. 2. *Vos dispersistis oves meas.* Ezech. 34. 10.

34. 10. Requiram oves meas de manu eorum. *v.* 15. Ego pascam oves meas. Zach. 13. 7. Percute pastorem & dispergentur oves. Matth. 25. 33 Statuet oves ad dexteram suam. Joh. 10. 14. Agnosco oves meas, & agnoscor à meis. *v.* 26. Non estis ex ovibus meis. *v.* 27. Oves meæ vocem meam audiunt, & ego eas agnosco, & sequuntur me. Joh. 21. 16. 17. Pasce oves meas.

## P.

*Pabulum*, מִסְפָּן, מִרְעוּ, νομή. Significat cibum animæ vel corporis. Exech. 34. 14. Et pabulo opimo pascentur in montibus Israelis. Doctrina Evangelii. *v.* 38. Residuum pabuli vestri pedibus conculcatis.

*Palatum*, פֶּה, φάρυγξ, λάρυγξ. Instrumentum loquendi, atque sumendi cibi. Inde ponitur pro sermone. Prov. 5. 3. Lemnis est oleo palatum ejus. Cant. 5. 16. Palatum ejus dulcedines. Ex ore Sponsi suavissimæ prodeunt promissiones. Cant. 7. 9. Palatum tuum velut vinum optimum Sermones, hymni & preces Ecclesiæ animum exhilarant.

*Palea*, קֶשֶׂא, תבן, ἀχρσον. Imago *α.* doctrinæ falsæ, animam haud nutritis. Jerem. 23. 28. Quid palea cum tritico? Verbo humano cum divino. Esai. 11. 7. Et leo sicut bos comedet paleam, irrogeniti & regeniti in Ecclesia visibili pascentur mendaciis Antichristianis, traditionibus humanis. *β.* Hominis improbi, Matth. 3. 12. Paleam exuret igne inextincto. Vid. Gluma.

*Pallium*, אֲרוֹרַת, מַעֲיָר, χιτὼν ἐπιπλούτης. Vestis exterior, quæ decoris gratia gestatur. Esai. 59. 17. Induit se ut pallio Zelo. Esai. 61. 10. Pallio justitiæ induit me, nudam animam meam cooperuit justitiæ suæ, ut decora coram eo appaream.

*Palma*, תַּמָּר, φοῖνῃξ. Arbor quæ non facile inflectitur aut deprimitur, sed ventis resistit impetuosus. Unde frondibus palmæ coronabantur Victores. I. Palma est imago servi Dei, qui à mundo non vincitur aut opprimitur. Ps. 92. 13. Justus ut palma florebit. Cant. 7. 7. Statura tua est similis palmæ. *v.* 8. Dixi ascendam in palmam, apprehendam ramos ejus. Excelsus est & invictus Ecclesiæ animus contra hostes, Protestantum contra Pontificios. Philo Carpathius: Palma enim cordis internam charitatem atque virtutem, vimque fidei inexpugnabilis ostendit, quemadmodum

& justorum voluntas ac vita sese virtutibus illustrat, neque circa terrena hæc & peritura versatur ac jacet, sed ad superna atque cœlestia & sempiterna cor attollit ac dirigit, nec ullis adversis frangitur, sed invicta perdurat ac regnat. Et si palma quosdam veluti aculeos profert, etiam in hac parte justorum vitæ congruit. Sunt enim palmæ aculei vel spinæ quales justis viris ac sanctis sunt increpationes in peccatores & delinquentes. Hæc Philo. Apoc. 7. 9. *Et palma in manibus eorum*, insigne victoria.

*Palmes*, פלמין, פלמי, אלהיא. Designat membrum Ecclesiæ, quod insertum esse Christo debet, uti palmes viti. Joh. 15. 2. *Omnem palmitem qui in me non fert fructum, tollit.* v. 4. *Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: ita nec vos, nisi in me manseritis.* v. 5. *Ego sum vitis, vos palmites.* v. 6. *Nisi quis in me manserit, ejedus extra ut palmes, & arefcit.* Vid. *Surculus, Sarmentum.*

*Palpo*, פשו, פשו, פלפלו. 1. Hæreo anceps, quid agendum sit nescio. Deut. 28. 29. *Palpans in meridie quemadmodum palpat cæcus in caligine.* Esai. 59. 10. *Palpamus ut cæci parietem, & tanquam orbi oculis palpamus.* Quo præsidio innitamur, nescimus. Job. 5. 14. *Quasi in nocte palpant in meridie.* 2. Act. 17. 27. *Ut quærent Deum, si forte palpando eum invenirent.* Ut cognoscerent amarentque Deum, qui in mundi opificio se non modo spectandum sed & quasi contrectandum præbet.

*Panis*, פת, אפת. Imago α. Christi nutrientis animam ad vitam æternam. Prov. 9. 5. *Venite, comedite panem meum.* Esai. 55. 2. *Quare appendicis argentum in non panem?* Cur datis pecuniam pro doctrina & ritu, Christum vitæ panem non comprehendente. Ita hostia in missa oblata est non panis. Joh. 6. 32. *Pater meus dat vobis panem illum cœli verum.* v. 23. *Panis enim ille Dei is est, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo.* v. 35. *Ego sum panis ille vite.* V. Matth. 26. 26. β. Ecclesiæ Christi. 1. Cor. 10. 17. *Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus.* γ. Prov. 9. 17. *Panis clandestinus est dulcis, tacita voluptatum perceptio.*

*Paradisus*, פדן, אגדן. Amœnissimus Mesopotamiæ hortus, in quem primi parentes erant à Deo collocati. Effigies α. Ecclesiæ. Cant. 4. 13. *Plantationes tue paradisus malorum punicorum.* Apoc. 2. 7. *Victori dabo edere ex arbore vite, quæ est in medio para-*

paradisi Dei. β. Cœli. Luc. 23. 43. *Hodie mecum eris in paradiso.*  
 2. Cor. 12. 4. *Raptus fui in paradisum.*

**Pardus**, פָּרְדָּאִים, πέρδαλις. Bestia fera, celer, maculosa. Imago  
 α. hominis irrogeniti. Esai. 11. 6. *Pardus cum hædo accubabit.* β.  
 Imperii Græci, in quatuor regna, Asiæ Minoris, Macedoniae, Æ-  
 gypti & Syriæ, post Alexandri M. mortem dilcissi. Dan. 7. 6.  
*Ecce alia similis pardo, & ei alæ quatuor volucris super dorsum ejus, qua-*  
*tuor quoque capita bestie, & potestas data est ei.* Apoc. 13. 2. Monar-  
 chia Romana Idololatræ vocatur bestia similis pardo, quia Græ-  
 cum imperium sibi subjecit. γ. Pardus notat Regem Chaldæum  
 cum exercitu. Jerem. 5. 6. *Pardus vigilabit contra civitates eorum,*  
 δ. Hof. 13. 7. *Fui eis sicut pardus in via trita.* Laceravi eos per ho-  
 stes. ε. Cant. 4. 8. *Prospice - - de montibus pardorum.* Innuitur,  
 Ecclesiam Christianam iri propagatum etiam in Arabiae montes  
 feris animantibus plenos. Habak. 1. 8. *Leviores pardis equi ejus.*

**Paries**, קִיר, חוֹץ, כְּתֵב, פֶּיֶס. α. Paries inclinatus ad-  
 umbrat hominem interitui vicinum. Ps. 62. 4. *Interficiemini omnes*  
*vos, ut paries inclinatus.* β. Paries significat fulcrum, præsidium  
 quo quis innititur. Ezech. 13. 10. *Ipse edificabat parietem, & ecce*  
*ipsi complanabant eum luto infirmo.* Populus à falsis profetis sedu-  
 ctus falsum posuit fundamentum, & in eo stolide suam colloca-  
 vit fiduciam, quod tamen hi mendaciorum doctores laudarunt,  
 quasi esset paries solidus. ψ. 12. *Ecce cecidit paries.* ψ. 14. *Di-*  
*ruam parietem illum.* ψ. 15. *Complebo furorem meum in parietem.* Pa-  
 ries hic fuit templum & cultus Leviticus in eo celebratus, quo  
 sine fide ac amore Dei nitebantur Israelitæ, quod falsis ratiuncu-  
 lis falsi profetæ incrustarunt. γ. Cant. 2. 9. *En iste stat post parie-*  
*tem nostrum.* Sponsus est apud nos domi, in medio Ecclesiæ ver-  
 satur. Et quamvis non videatur, tamen quasi subauscultat, non  
 ignarus eorum, quæ apud nos & apud vos geruntur. *Coccejus.*  
 δ. Lex Mosis, Judæos à ceteris gentibus separans appellatur *μ-*  
*εισιτοιχος τῆς Φεγγυῆς*, medius paries maceriæ, Eph. 2. 14. ε. Paries  
 dealbatus est typus Viri justitiam & sanctitatem simulantis,  
 Actor. 23. 3.

**Pario**, חָלַל, הָחִיר, יָלַד, γεννα. Est α. Christo gigne-  
 re liberos ex semine verbi divini. Esai. 23. 4. *Non parturivi, &*

NON



non peperit. Tyrus mystica Christo nullos genuit filios. Esai. 54. 1. *Lauda sterilis quæ non pariebas.* Laudate Deum gentes quæ usque huc familiam Christi non auxistis filiis eum diligentibus. 1. Sam. 2. 5. *Sterilis peperit septem.* Esai. 66. 7. *Antequam parturiet, peperit: antequam veniret dolor ei, peperit masculum.* Populus Judaicus Jesum Nazarenum edidit in lucem, priusquam sese pararet ad illum gignendum. Conf. Apoc. 12. 5. Esai. 66. 8. *Peperit Sion filios suos.* 8. 9. *An ego venire faciam ad partum, & non parere faciam?* Quum Judæorum nationem præparavero, ut se convertant ad Christum Jesum, faciam ut subito filios suos ipsi consacrent. Cant. 8. 5. *Ibi concepit, peperit te.* Ibi cum dolore tuam præsentiam, tuumque auxilium expectavit Ecclesia, & tandem te vidit in lucem editum. Mich. 5. 3. *Propterea dabit eos usque ad tempus, quo pariens peperit.* Judaica natio erit relicta potestati gentium, quamdiu hæ Christo parient filios, i. e. usque ad ultima tempora quibus reliquæ Judæorum & ipsæ ad Jesum venient, & alios populos ad Eum adducent. β. Pario est produco, efficio. Ps. 7. 15. *Et parit mendacium.* Zeph. 2. 2. *Antequam decretum pariat diem, priusquam veniat dies exequendi judicia Dei.* Jacob. 1. 15. *Cupiditas postquam concepit, parit peccatum.* Esai. 59. 4. *Pariunt iniquitatem.* Esai. 33. 11. *Concipietis quisquilias, parietis stipulam.* Prov. 25. 23. *Aquilo parit imbrem.*

Parturio, חָבַר, חוּר, חוּר, חוּר, חוּר. Est α. meditari sollicitè & anxie. Ps. 7. 15. *Parturit vanitatem.* Cant. 8. 5. *Ibi parturivit te mater tua, ibi Ecclesia anxie de tua præsentia, & defensione cogitavit.* Esai. 66. 7. *Antequam parturiret, peperit.* Esai. 23. 4. *Non parturivi, non cogitavi de filiis Christo gignendis.* Galat. 4. 19. *Filioli mei quos iterum parturio.* Apoc. 12. 2. *Uterum ferens clamabat parturiens.* Prægnans spe adventus Messie sollicitè de eo cogitavit, oravitque ut maturaretur. Esai. 26. 28. *Concepimus, parturivimus, tanquam si peperissemus ventum.* Speravimus regnum Dei, sollicitè de eo cogitavimus, anxie id videre desideravimus, at fefellit nos spes nostra: venit enim regnum Antichristi. β. Dolores parturientis ponuntur pro doloribus magnis ac subitis. Ps. 48. 7. *Dolor tanquam parturientem invasit eos.* Esai. 13. 8. *Instar parturientis dolebunt.* Esai. 21. 3. *Angustie apprehenderunt me, sicut angustie*

stia parturientis. γ. Vox aut clamor parturientis est clamor & vox vehemens, ut longè audiatur. Esai. 42. 14. *Velut parturiens clamabo.* Jer. 4. 31. *Vocem ut parturientis audivi.*

Partus, פרוץ, פרוץ. Soboles. Pl. 110. 3. *Ex utero, ab aurora, ros tui partus.* Ut aurora gignit rorem, sic uterus orientalis, Ecclesia Judaica, parit tibi multos filios. Judai ad Christum per Apostolos conversi, multos quoque reliquis ex gentibus ad Christum adduxere.

Pasco, פטר, פטר, פטר. Est α. pastum dare, nutrire ac regere. Prov. 10. 21. *Labia iusti pascunt multos.* Gen. 48. 15. *Deus qui pascit me.* Ezech. 34. 8. Pastores paverunt se ipsos, & oves meas non paverunt. v. 23. & pascet eas. Mich. 5. 3. *Et pascet in robore Domini.* Cant. 2. 16. *Ego sum illius qui pascit inter lilia.* Christo sum consecrata, qui oves suas pastum agit inter lilia. Mich. 7. 14. *Pasce tuum populum.* β. ποιμαίνωμαι, νέμομαι. Pastum habeo, accipio, nutrior, regor. Esai. 5. 17. *Et pascet agni juxta morem suum.* Esai. 14. 30. *Et pascetur primogeniti pauperum.* Esai. 11. 7. *Et vacca atque ursa pascunt.* Pl. 37. 3. *Pasce veritatem.* Veritas sit tibi tuus. Hof. 12. 2. *Ephraim se pascit vento.* γ. Pasco est, consumo, destruo, vasto. Pl. 49. 15. *Mors pascet eos, cibi instar consumet.* Mich. 5. 5. *Et pascet terram Assuris, vallabunt, spoliabunt, uti grex pascuorum gramina absumit.* Jer. 6. 3. *Pascunt quisque in loco suo, consumunt opes ac facultates regionis.*

Pascuum, פתח, פתח, פתח. locus pascendo pecori aptus. Imago α. urbis aut regionis, in qua verbum Dei auditur. Ezech. 34. 14. *In pascuis bono pascam eos.* β. Regionis quæ incolis divitem suppeditavit alimoniam. Jerem. 25. 36. *Vastavit Jehova pascua illorum.* Hof. 13. 6. *Juxta pascua sua saturata sunt.*

Pastio, pastus, פטר, פטר, פטר. Pl. 74. 1. & 79. 13. *Oves pastionis tuæ, quas tu ipse pascis, nutris, regis.* Pl. 100. 3. *Populus pastionis ejus.* Ezech. 34. 31. *Oves pastionis meæ.*

Pastor, פטר, פטר, פטר. Effigies α. Christi populum suum alentis & gubernantis. Pl. 23. 1. *Jehova pastor meus.* Ezech. 34. 23. *Et excitabo iis pastorem unum, qui pascet eos, & erit eis pastor.* Zach. 13. 7. *O gladio excitare contra pastorem meum.* Joh. 10. 11. *Ego sum pastor ille bonus, bonus pastor animam suam dat pro ovibus.* v. 14. *Ego sum*

*San pastor ille bonus, & cognosco oves meas.* Hebr. 13. 20. *Magnum illum ovium pastorem.* 1. Petr. 2. 25. *Conversi nunc estis ad Pastorem & inspectorem animarum vestrarum.* 1. Petr. 5. 4. *quum apparuerit princeps ille pastorum.* β. Regis, Principis, Doctoris, Antistitis civilis & sacri. Esai. 44. 28. *qui dixit Cyro: Pastor meus.* Zach. 11. 3. *Delevi tres illos pastores, Sacerdotem, Doctorem, Senatorem aut Judicem.* v. 15. *Sume tibi vas pastoris stulti, Antichristi, uti Christus est pastor & sapientia nostra.* v. 16. *Ecce suscito pastorem in terra, tabescentes non visitabit.* v. 17. *Va pastori nibili, relinquenti oves.* Cant. 1. 8. *Pasce capellas tuas juxta tabernacula pastorum, ubi degunt præcones Evangelii.* Jerem. 2. 8. *Pastores prævaricati sunt in me, proceres populi Israelitici.* Jerem. 10. 21. *Ut bruta animantia facti sunt pastores.* Jerem. 23. 1. *Va pastores, qui perdunt & dispergunt gregem passionis meæ.* Et 25. 34. *Ululate pastores.* Eph. 4. 11. *Dedit - - quosdam pastores.* γ. Præfecti bellici, ducis copiarum militarium. Jer. 6. 3. *Ad eam venient pastores & greges eorum.* Jer. 12. 10. *Pastores multi destruxerunt vineam meam.* Mich. 5. 5. *Suscitabimus contra eum septem pastores.*

*Pater, אב, πατήρ.* α. Autor, inventor. Esai. 9. 5. *Messias vocatur Pater æternitatis, quia vitam æternam ab eo habemus.* Jacob. 1. 17. *Descendit à patre luminum.* Joh. 8. 44. *Satan appellatur Pater mendacii, quia mendacium primus in orbem invexit.* β. Est cognomen Regis, Principis, Rectoris, Doctoris, vitam nostram corporalem aut spiritalem curantis. 2. Reg. 6. 21. *Numquid percussiendo percutiam Pater mi?* dixit Rex Israelis ad Elisam. Job. 29. 16. *Pater eram pauperibus.* Esai. 22. 21. *Et erit in Patrem habitatori Hierosolymorum.* Gen. 45. 8. *Deus qui posuit me Patrem ipsi Pharaoni.* 1. Cor. 4. 15. *Non multos Patres habetis, in Christo enim Jesu per Evangelium ego vos genui.*

*Pathros, פתרוס, παθρὸς.* Bocharto & Marshamo est Thebais, regio Ægypto adscripta, Ezech. 29. 14. *etsi à superiore & inferiore Ægypto diversa.* Nomen habet a Pathrusæis, Mizraimi nepotibus. Gen. 10. 13, 14. Esai. 11. 11. *Ad possidendum residuum populi sui, quod remanebit ab Assur, & ab Ægypto, & à Pathros.* Jer. 44. 1. *Verbum quod fuit ad Jeremiam de omnibus Judæis, qui habitabant in Ægypto, in Migdol, in Thahpanhes, & Noph, &*  
in ter-

in terra Pathros. v. 15. universus populus, qui habitabant in terra Mizraim, in Pathros. Ezech. 29. 14. Reducam captivitatem Mizraim, reducam eos in terram Pathros, in terram habitationis suae. Ezech. 30. 14. Desolabo Pathros. Vid. Bochart. Phaleg. l. 4. c. 27.

Pectus, פֶּטֶן, פֶּטֶן. Pectus argenteum in statua Nebucadnezaris significabat regnum Medo Persicum. Dan. 2. 32. Pectus ejus & brachia ejus argentea. v. 39. Post te surget regnum aliud minus te.

Pecus, מִקְנֵה, מִקְנֵה, כֶּשֶׁת. Uti populus comparatur gregi, sic pecus notat hominem, qui populi ejus pars est. Ezech. 34. 17. Ecce ego judico inter pecudem & pecudem. v. 20. Judicabo inter pecudem pinguem, & pecudem macilentam. v. 22. Servabo pecudes meas.

Pellex. Vid. Concubina.

Pelvis, פֶּלֶס, פֶּלֶס, פֶּלֶס. 1. Vas in quod immittitur liquor. Sic in templo Hierosolymitano erant pelves argenteae, & aureae ad excipiendum sanguinem victimae mactatae. Zach. 14. 20. Eruntque lebetes ipsi in domo Jeboua, sicut pelves coram altari. Victimae mysticae Deo offerentur, & sanguis Christi effusus in corda velut in pelves recipietur. 2. Zach. 12. 2. Pono Hierosolymas pelvim vertiginis omnibus populis circumquaque. Incrementa Hierosolymorum populos vicinos, Lagidas ac Seleucidas, ad invidiam incitabant, ut quid agant nesciant.

Peregrinus, נָכַר, נָכַר, אֲדֹרֵי. Alienus à civitate DEI. Esai. 14. 1. Copulabit se peregrinus eis, adhaerebuntque domui Jacobi. Qui jam sunt alieni à Rep. Dei, recipientur in fedus Israelis. Ephes. 2. 19. Non amplius igitur peregrini & advena estis, sed concives sanctorum, ac domestici Dei. v. 12. Alieni à Rep. Israelis, & peregrini à pactis promissionis. Esai. 2. 6. In natis peregrinorum acquiescunt, confidunt auxilio miranturque studia ac cultum populorum à Deo alienorum. Prov. 23. 27. Peregrina mulier puteus angustus. Qui meretricem idola colentem sectatur, incidit in puteum sulfure & igne ardentem, unde non evadet.

Pergamus, Πέργαμος. Celebris Asiae urbs diu fortunata sub Regibus Attalicis. Angelus catusque Pergamensis Apoc. 2. 12. 17. est typus Ecclesiae Periodi tertiae à Constantino M. usque ad Bonifacium tertium, quae divinitatem Filii DEI contra quoslibet

ejus hostes defendit constanter, quanquam inter homines super-  
 stitionem, cultumque idolorum, & dominium humanum con-  
 scientiis grave, invehentes. *Henricus Morus* periodum III. ab an-  
 no 324. extendit ad annum 1242. quo legatus Papæ Amelinus  
 cum Trancavello filio notho comitis Beziers bellum Albigense  
 finivit, Pergamumque ipsam vult esse Romam, aut Romanam  
 Ecclesiam, nam Pergamum notare sublimitatem, & Romam di-  
 ci ab Hebræo פּרְגָמוֹ exaltari, ac cætera omnia quæ de Perga-  
 mo dicantur, Romæ convenire. Oper. tom. III. p. 793. seqq.

*Pernocto*, לַיְלָה, Ἀγρυπνῆς & ω. Tristitiæ ac calamitatis ago  
 tempus. Cant. 1. 13. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera  
 mea pernoctabit.* Etiam in tenebris noctibusque tristitiæ & crucis  
 manebit in corde & memoria mea perpetuo, ut tum maxime  
 ejus recordatione & suavi odore recreer, sicuti virgines ac ma-  
 tronæ odoramenta inter ubera gestare solent. Job. 17. 2. *In ir-  
 ritationibus eorum pernoctat oculus meus.* Pl. 91. 1. *In umbra omnipoten-  
 tis pernoctat.*

*Perpendicularum*, מִשְׁקָלָהּ, מִשְׁקָלָהּ, αὐθιγὴ, καὶ ἄλλοι. Stannum  
 Architecti, quo utitur ad rectè ædificandum, vel destruendum.  
 2. Reg. 21. 13. *Extendam super Hierosolymas lineam Samariae, & perpen-  
 diculum domus Achabi, Samariae instar destruam, & sicut familiam  
 Achabi puniam Reges Judæ.* Amos. 7. 7. *Ecce Jehova stabat super  
 muro perpendiculari, & in manu ejus perpendicularum.* v. 8. *Et dixit Jeho-  
 va ad me: quid tu vides, Amos? & dixi: perpendicularum. Et dixit Je-  
 hova: Ecce ego ponam perpendicularum in medio populi mei Israelis. Ordi-  
 nato & exacto judicio illum puniam ac evertam.* Esai. 28. 17. *Po-  
 nam judicium ad lineam, & justitiam ad perpendicularum.*

*Persia*, פָּרְס, פָּרְס, Περσία. Majoris Asiæ regio, cujus in-  
 colæ dicti sunt ab equitando, nam פָּרְס est פרש eques. Dan. 5.  
 28. *Datum est Media & Persia.* Dan. 8. 20. *Aries ille quem vidisti ha-  
 bentem cornua, Reges Media & Persia.* Dan. 10. 20. *Revertar ut præ-  
 lier cum Principe Persia.* Dan. 11. 2. *Ecce tres Reges adhuc stabunt in  
 Persia, & quartus ditescet.*

*Pes*, רַגְלִי, πῶς. Pedibus utimur ad ambulandum, item  
 ad calcandum, hinc significat pes ∞. vim conculcandi. Pl. 36.  
 12. *Ne invadat me pes superbiæ, ne ab hominibus superbis concul-  
 cer.*

cor luti instar. Apoc. 1. 15. *Pedes ejus similes chalcobano*. Christus hostes suos pedibus aheneis conculcat. Ps. 110. 1. *Donc ponam inimicos tuos scabellum pedibus tuis*. Apoc. 10. 2. *Posuit pedem suam dexterum super mare, & sinistrum super terram*, mundi se & Ecclesie dominum demonstrat. β. *Vires ambulandi, ambulationem*. Gen. 33. 14. *Incedam - - juxta pedem puerorum*, meum iter urgebo prout mei pueri incedere valent. Ezech. 1. 7. *pedes eorum pes rectus*, recto gradu incedunt, non deflectentes à via. Esai. 41. 2. *Quis excitavit ab oriente, cui justitia occurrit ad pedem ejus?* Quis Messiam in orientem mittit, cui justitia occurrit quacunque ambulat? 1. Sam. 2. 9. *Pedes piorum suorum observat*, custodit pios, ne ambulantes labantur, lubricentur vel aberrent. Job. 18. 11. *Disjiciunt eum secundum pedem ejus*, quacunque vadit impius, dispergetur. Apoc. 11. 11. *Stabunt in pedes suos*. γ. *Quia pedes sunt infima membra corporis humani*, ideo notant Romanæ Monarchiæ regna ultima, & quidem Antichristiana numero X. uti pedes decem habent digitos. Dan. 2. 33. *Pedes ejus partim ferrei, partim fictiles*. δ. 34. *Percussit statuam in pedibus ejus*. ε. 42. *Digiti pedum partim ferrei partim fictiles*. Apoc. 13. 2. *Et pedes ejus ut pedes ursi*.

*Pestis*, רבב, λοιμός. *Medium nocendi*. Hof. 13. 14. *Ubi pestes tuae, o mors*. Ps. 91. 6. *A peste qua in caligine ambulat*.

*Petra, rupes*, סלע, צור, πέτρα. ζ. *Propter firmitatem est imago Dei ac Christi*. Deut. 32. 15. *Ignominia affecit petram salutis sue*. Ps. 18. 3. *Jehova petra mea*. Ps. 19. 15. *Petra mea, & Redemptor mi*. Ps. 89. 27. *Deus meus, & rupes salutis mea*. Deut. 32. 31 *Nam non ut rupes nostra rupes ipsorum*. 1. Cor. 11. 4. *Bibebant enim ex sequente petra spirituali, petra vero erat Christus*, Matth. 16. 18. *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam*. η. *Propter duritiam figurat cor humanum*. Ps. 114. 8. *Qui mutat rupem in stagnum aquarum*. Ex corde saxeo facit carnea, & mollia, *Cocceus*. è corde duro elicit lacrymas respicientiæ. Forte & respicitur defluxus aquæ è Petra in deserto ad rigandos Israelitas. Jerem. 23. 29. *Nome verbum meum - - velut malleus qui conterit petram?* θ. Esai. 51. 1. *Intuemini rupem unde excisi estis*. Abrahamum è quo estis geniti, ι. 2. Sed potest etiam Christus ipse intelligi, qui est rupes salutis, ex cujus latere tanquam ex foramine cisternæ profluxit

**Ecclesia.** Nam Ecclesiæ nativitas pendet ex Christi sanguine. **Coccejus.** 7 Petra est urbs aut regio petrosa, Arabia petræa, Idumæa. Esai. 16. 1. *Mittite agnum dominatoris terræ de petra deserti ad montem filie Sionis.* Date, ô Moabitæ, tributa Regibus Judæ. Moabitarum fines à Petra ab Idumæis possessa ad desertum Jordanis pertingebant. Josephus Petram Arabiæ petrææ metropolin facit eo in agro, in quo Aaren conscenderit montem, ac mortuus sit. Esai. 42. 11. *Cantent habitatores Petræ, incolæ Arabiæ petrosæ.* 2. Reg. 14. 7. *Et cepit Petram in bello Rex Amazias quod gessit contra Idumæos.* Jerem. 49. 16. *Habitas in cavernis Petræ, Idumæa.* Obad. 7. 3. *O tu, quæ habitas in munimentis Petræ.*

**Pharetra,** פָּרְעוּת, פָּרֵת, Φαρέτρα. Vas in quo reconduntur sagittæ, quæ propterea vocantur *filie pharetra*, Lament. 3. 13. *Immisit in renes meos filias pharetra sue.* Judiciis suis severis me confumfit. α. Secundum Hebræos pharetra notat domum, in quo liberi servantur. Pl. 127. 5. *Beatus vir, qui implevit pharetram suam ipsis, cujus domus abundat filiis juventutum.* β. Esai. 49. 2. *Possuit me sagittam politam, in pharetra sua occultabit me.*

**Phiala,** פִּיָּלָה, פִּיָּלָה, Φιάλη. I. In phialis incendebantur suffitus, quare phiala est imago cordis, quod preces ad DEUM mittit. Apoc. 5. 8. *Habentes singuli citharas & phialas aureas, plenas suffiturum, quæ sunt preces sanctorum.* Laudantes Deum, & fideles corde mittentes ad Ipsum preces. II. E phiala effunditur liquor: hinc septem Angeli, qui Ægypto mysticæ effundunt bibendum vinum iræ divinæ, dicuntur habere phialas aureas. Apoc. 15. 7. *Et unum ex quatuor animalibus dedit septem Angelis phialas aureas, plenas iræ Dei viventis in secula seculorum.* Apoc. 16. 1. *Tunc audivi vocem magnam è templo dicentem VII. Angelis: Ite, effundite septem phialas iræ Dei in terram.* 2. *Abiit igitur primus, & effudit phialam suam in terram.* Uti phialæ certa potionis mensura infunditur: ita Deus definiit mensuram iræ contra Ægyptum mysticam exercendæ, & precibus Ecclesiæ commotus judicia sua per ministeria Angelorum exequitur septem diversis vicibus, usque dum hostes funditus sunt destructi.

**Philadelfia,** Φιλαδέλφεια. Urbs Mysiæ Lydis proxima, & terræ motibus sæpius concussa, Angelus ac cætus Philadelfiensis,

sis, cujus character proprius est libera constansque Evangelii professio, Apoc. 3. 7-12. Depingit Ecclesiam sexti temporis à Lutheri ætate usque post impetratam confirmatamque Regum & Principum edictis exercendæ religionis libertatem. Hoc enim intervallo Protestantes Evangelium & amarunt sincerè, & professi sunt fortiter. Habet urbs nomen ab amore fraterno, quod allegare solent, qui Sardenfis jam Angeli decurrere tempora statuunt, & Philadelfiensem in futuram atatem rejiciunt. Nec enim usque huc Protestantes mutua se charitate complexos, sed fratrum gratiam & fuisse & esse raram, iras vehementes, lites acerbæ, nullamque sectam heic altera meliorem. Quod equidem uti diffiteri non licet, ita & rectè affirmamus, multos Evangelicos benevolum fratrum affectum, patientiam, liberalitatem ac commiserationem expertos sæpe, & experiri in dies, quanquam de perfecta concordia gloriari non audeamus, Laodicenseno demum tempore speranda.

*Philisthæi*, פְּלִשְׁתִּים, LXX, Φιλισθῆιμοι. Chami ex Mizraimo posteri, Gen. 10. 13, 14. qui è Caphtore, i. e. Cappadocia in Palæstinam migrarunt, hostes populo Israelitico insensissimi. Jer. 47. 4. *Vastat Dominus Philisthæos, reliquias provincie Caphtor.* Amos. 9. 7. *Annon Israelitas deduxi ex Egypto, & Philisthæos ex Caphtor? Adumbrant hostes Ecclesie olim per fidem pacandos.* Ps. 87. 4. *Memorare faciam Egyptum & Babelem cognoscentibus me. Ecce Philisthæa & Tyrus cum Ethiopia. Iste natus est ibi. Et terrestris & cœlestis Hierosolyma pacem accipit cum Philisthæis fide ad Christum conversis.*

*Pilus*, Vid. Capilli, crinis.

*Pinguedo*, שֶׁמֶן, מִשְׁמַשׁ, πόντος, πηλεή. Notat α. abundantiam bonorum Dei. Ps. 36. 9. *Irrigabuntur pinguedine domus tue.* Ps. 63. 6. *Sicut adipe & pinguedine saturatur anima mea.* Ps. 65. 12. *Semite tue stillant pinguedinem.* Esai. 55. 2. *Delectabitur pinguedine anima vestra.* Jerem. 31. 14. *Inebriabo animam sacerdotum pinguedine.* β. Divitias & fertilitatem regionis. Gen. 27. 39. *Pinguedines terra erit sedes tua.* Dan. 11. 24. *Et in pinguedines provincie veniet.* Esai. 17. 4. *Pinguedo carnis eius deficiet, divitiæ populi Israelitici per Assyrios spoliabuntur & consumentur.*

*Pinguis*, שָׁמֵן, שֶׁמֶן, λιπαρός. α. Dives, abundans opibus terre-



terrestribus. Deut. 32. 15. *Jeseburum pinguis factus est, & recalcitravit.* Israel Cananæ bonis auctus Dei legem contempsit. Jerem. 5. 28. *Pingues facti sunt.* Habak. 1. 16. *Sacrificabit saganæ suæ, & suffiet reti suo, quia per illa pinguis facta est portio ejus.* Esai. 28. 1. *Vertex vallis pinguium est dives Hierosolyima.* β. *Dives gratia Dei, maceratus bonis Jesu Christi.* Pl. 22. 30. *Comedent & adorabunt omnes pingues terræ, vel, Pinguia terræ, bona N. T.* Pl. 23. 5. *Pingue fecisti caput meum oleo.* Pl. 92. 15. *Pingues & virides erunt.* Prov. 15. 30. *Bona fama pinguefacit ossa.* Prov. 28. 25. *Confidens Domino fiet pinguis.* Esai. 25. 6. *Faciet quoque Jehova exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium.* Esai. 30. 23. *Eritque succosus & pinguis fructus.* γ. *Homines pingues & obesi plerunque sunt stupidi, torpidi, & carnem habent insensilem, ideo pinguis ponitur pro stupido, nihil intelligente vel sentiente.* Esai. 6. 10. *Cor populi hujus fac pingue.*

*Piscator, α, ἀλιεύς.* Depingit servum α. Christi, qui homines dulcedine Evangelii captos Christo subjicit. Matth. 4. 19. *Sequimini me, & faciam vos piscatores hominum.* Luc. 5. 10. *Ne metue, ab hoc tempore homines vivos capies,* Jesus ad Simonem. Jer. 16. 16. *Ecce ego mitto ad piscatores multos.* Mittam ad dispersos Israelitas primum profetas, dein Apostolos, qui eos in Cananæam reductos ad Christum adducant. Ezech. 47. 10. *Stabunt juxta illum torrentem piscatores,* effusis per orbem aquis doctrinæ salutaris Apostoli homines capient. β. *Antichristi, qui homines mendacio captos sibi & Antichristo subjicit.* Esai. 19. 8. *Mœrebuntq; piscatores, Ægypti mysticæ, Cardinales, Patriarchæ, Episcopi, Abbates.*

*Piscis, α, ἰχθύς.* Notat α. hominem verbo Evangelii captum, sine bonum, sive malum. Matth. 13. 47. *Rursus simile est regnum cœlorum saganæ jactæ in mare, quæ ex omni genere piscium coegit.* v. 48. *quam impletam subdixerunt in litus, & sedentes bona collegerunt in vasa, putria vero foras abjecerunt.* Ezech. 47. 9. *Erunt pisces multi valde, quia intraverunt aquæ istæ illuc.* v. 10. *In specie sua erunt pisces eorum sicut pisces maris magni, multi valde.* Plurimi homines capientur verbo Evangelii, quod longè lateq; propagatur. β. *Ulti mare & flumina designant mundum & regiones, ita pisces significant mundi, regnorum urbiumq; incolas.*  
Esai.

Esai. 50. 2. *Increpatione mea siccum mare, pono fluuios desertum: fetet piscis eorum ob defectum aquae, & moritur pro siti.* Ezech. 29. 4. *Agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis, & ascendere faciam te de medio fluminum tuorum, atque omnes pisces fluminum tuorum squamis tuis adhaerebunt.* v. 5. *Et derelinquam te in deserto, te & omnes pisces fluminum tuorum.* Educam te, o Rex Aegypti, cum incolis regionum tuarum, e tuo regno, tradamque in potestatem Regis Babyloniae. Conf. Hof. 4. 3. *Pisces maris auferuntur, ubi & litera & mysticus sensus quadrat.*

*Piscor*, פִּשְׁכֵי, ἰχθυῶν, ἀλιεύω. *Homines capio & congrego.* Jerem. 16. 16. *Mitto ad piscatores multos, dixit Jehova, & piscabuntur eos.*

*Pix*, פִּיחַ, πίσσα. Esai. 34. 9. *Et mutabuntur fluuii ejus in picem, & pulvis ejus in sulfure, & fiet terra ejus pix ardens.* Urbes Judaeae incenduntur & comburentur haud aliter ac si terra earum pix & sulfur esset. Ceterum bene monet Munsterus, mare mortuum post Sodomae incendium produxisse asphaltum.

*Placenta*, פֶּטֶל, λάγανον. LXX. vertunt ἐγκρηφίας, panis subcineritius, qui tamen non convertitur, sed totus coquitur. Hof. 7. 8. *Ephraim placenta non conversa.* Uti placenta prunis imposita, nisi convertatur, ab uno latere ustulatur & carbo fit: ita populus sive totus, sive dimidius aestu irae divinae conflagrabit.

*Planta*, plantatio, נֹטַע, מִטְעַע, שִׁרְיָר, φυτὸν, φύτευσις, ved-φύττω. Uti hortus est effigies Ecclesiae: sic planta notat Ecclesiae partem, Caput aut membrum quodcumque, cum fructibus illorum. Ezech. 34. 29. *Suscitabo iis plantam in nomen, mittam Messiam a quo nominabuntur, & cujus nomen erit magnum & gloriosum in tota terra.* Ps. 128. 3. *Filii tui ut plantae olearum.* Cant. 4. 13. *Plantationes tuae paradisi malorum puniceorum.* Esai. 61. 3. *Et dabitur iis nomen: arbores iustitiae, plantatio Jehovae ad gloriandum.* Matth. 15. 13. *Omnis planta quam non plantavit Pater ille meus caelestis, eradicabitur.*

*Plantatio*, actus plantandi, נֹטַע, φύτευσις. Designat actum DEI, quo nos e deserto mundi in hortum ecclesiae transfert, i. e. regenerationem, conversionem. Esai. 60. 21. *Surculus plantationis meae.* Item, vocationem externam, qua Deus plantat nos in Ecclesia visibili. Esai. 5. 7. *Vir Juda plantatio latitiarum ejus.*

Deus Judam fecit populum suum, ut ab eo voluptatem & lætiam perciperet.

*Planto*, פָּטַח, פָּתַח, φύτεύω. I. Notat actum Dei, quo nos in Ecclesia sua, vel certa in terra collocat, & quo nos renovat, vel sui cognitione instruit, ut feramus fidei ac resipiscentiæ fructus. Pl. 44. 3. *Tu manu tua expulisti gentes, & plantasti eos, Patres nostros.* Pl. 80. 9. *Vitem ex Ægypto traduxisti, ejecisti gentes, & plantasti eam.* Amos. 9. 15. *Plantabo eos super terram suam, nec evellentur ultra.* Esai. 5. 2. *Et plantavit eum optima vite.* Jerem. 52. 10. *Plantabo vos, & non evellam.* Exod. 15. 17. *Introduces eos, & plantabis eos in monte hereditatis tuæ.* Ezech. 36. 36. *Plantavi vastatam.* Pl. 92. 14. *Plantati in domo Jehovæ, in atriis Dei nostri flore bunt.* Ezech. 17. 23. *In monte celsitatis Israelis plantabo eum.* Constituam Regem in monte Sionis. II. *Planto* idem est quod creō, facio, formo. Pl. 94. 8. *An plantator auris non audiret?* Esai. 51. 16. *Ad plantandum cælum, & fundandum terram.* Pl. 104. 16. *Cedri Libanon quas plantavit.* III. Significat actum ministri Dei Ipsi verbum annunciantis. Jer. 1. 10. *Constitui te - - ut ædifices & plantes.* 1. Cor. 3. 6. *Ego plantavi, Apollos rigavit, sed Deus dedit incrementum.* 1. 7. *Itaque nec is qui plantat, est aliquid, nec qui rigat, sed Deus incrementum dans.* 1. 8. *Is vero qui plantat, & is qui rigat, unum sunt.*

*Platæa*, פָּתַח, פָּתַח, πλατεία. Locus publicus. Cant. 3. 2. *Circuibō per civitatem, per plateas & per vicōs quæram quem diligit anima mea.* Esai. 59. 14. *Offendit in platæa veritas.* Ubi publicè docetur, judicatur, & in sermone quotidiano veritas vim patitur. Apoc. 11. 8. *Et cadavera eorum jacebunt in plateis urbis magnæ.* In publicis & frequentibus Romanæ Ecclesiæ conventibus nihil nisi cadaver superfuit sacrarum literarum, Coccejus. Prov. 1. 20. *Sapientia foris clamitat, in plateis dat vocem suam.* Prov. 7. 12. *Nunc foris, nunc in plateis, & juxta omnem angulum insidiatur, mulier stulta & peregrina.* Luc. 13. 26. *In plateis nostris docuisti.*

*Pluma*, פָּתַח, πτερόν. Notat populum vel exercitum Regis. Ezech. 17. 3. *Aquila grandis, grandium alarum, longis pennis, plena plumis, cui inest varietas, est Rex Nebucadnezar, qui multis variisque populis dominabatur.* 1. 7. *Et fuit una aquila grandis magnarum*

guarum alarum, & multarum plumarum, Rex Egypti multorum populorum dominus, & copiosis exercitibus instructus.

Plumbum, עפרר, μολύβδος. 1. Metallum auro & argento longè vilius, unde Judæi improbi comparantur plumbo. Jer. 6. 29. *Ab igne totum abiit plumbum*, in probatione nullum inveni argentum, sed merum plumbum, quod & ipsum est consumptum. Ezech. 22. 18. *Omnes sunt ut as, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis.* 2. Zach. 5. 7. *Ecce massa plumbi portabatur.* v. 8. *& coniecit lapidem plumbeum in os ejus.* Coccejo lapis plumbeus in os mulieris coniectus sunt populi graves Antichristum coercentes, Saraceni & Turcæ. Secundum Willium signat hæc massa plumbea firmitatem & efficaciam divini erga impios decreti, quo ita eos urget, ut ingenti quasi mole oppressi movere se sub pondere illius nequeant.

Pluo, המטר, ὕω, βρέχω. α. Spiritum S. & cetera bona coelestia communico. Esai. 5. 6. *Nubibus mandabo ne pluant super eam pluviam.* Apoc. 11. 6. *Et habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus profetiae ipsorum.* β. Job. 20. 23. *Pluet super eum, iræ calicem super impium effundet.*

Pluvia, מטר, ὕεσις, βροχὴ. Imago α. Spiritus S. è caelis effusi. Ps. 68. 10. *Pluviam liberalem agitas, o DEUS.* 2. Sam. 23. 4. *à pluvia herba de terra procrefcit.* Ps. 84. 7. *Etiam piscinas operit pluvia.* Joel. 2. 23. *Et descendere facit pluviam matutinam & serotinam.* Ezech. 34. 26. *Descendere faciam pluviam tempore suo, pluvia benedictionis erunt.* Hof. 6. 3. *veniet tanquam imber nobis, velut pluvia serotina & matutina terræ.* Conf. Ps. 65. 10, 11. β. Verbi divini corda humana penetrantis & fecundantis, uti pluvia in terram influit, & eam fecundat. Deut. 32. 2. *Stillet ut pluvia doctrina mea.* Job. 29. 23. *Expectabant me, sicut pluviam, & os suum aperiebant ad imbrem serotinum.* Conf. Esai. 55. 10, 11. Vid. Imber.

Poculum, calix, כוס, ποτήριον. N. In poculo pater familias domesticis certam præbet potus mensuram. Hinc calix aut poculum sumitur pro certa ac definita portione sive felicitatis ac salutis, sive miseræ & calamitatis. Ps. 11. 6. *Spiritus procellarum pars calicis eorum.* Impetuoso vento dissipabuntur, atque hæc est definita portio plagarum quas non evadent. Ps. 16. 5. *Jehova assignatio partis meæ & calicis mei.* Esai. 51. 17. *Bibisti de manu Jehovæ*

*calicem furoris ejus.* v. 22. *Ecce tuli de manu tua calicem tremoris.* Jer. 51. 7. *Calix aureus Babel in manu Jehovah, inebrians univerfam terram.* Ezech. 23. 31. *In via sororis tua ambulasti, & dabo calicem ejus in manu tua.* Uti peccando, ô regnum Judæ, es imitatum regnum Samariæ: Sic & easdem plagas senties, v. 32. *Calicem sororis tue bibes profundum & latum.* v. 33. *Calice solitudinis & desolationis, calice sororis tue, Samaria inebriaberis.* Matth. 20. 22. *Potesis ne bibere poculum, quod ego sum bibiturus?* Matth. 26. 29. *Si possibile est, abeat à me poculum istud.* Pl. 75. 9. *Calix est in manu Jehovah.* Deus unicuique suas distribuit plagas. Pl. 23. 5. *Calix meus abundat, bona tua mihi plena communicas mensura.* ב. Pl. 116. 13. *Calicem salutem accipiam.* Offeram Deo sacrificia actionis gratiarum pro salute mihi data.

*Pollubrum,* פלל, רר, ποδώνητρον. Vas, in quo abluuntur pedes, hinc pollubrum esse alicui, atque ad vilia ministeria adhiberi. Pl. 60. 8. & 108. 10. *Moab pollubrum meum.*

*Pondero,* libro, פלס, שקל, καθύλαξω, ἵστίω. Ponitur pro definire, determinare, accuratè nosse, deliberare. Pl. 78. 50. *Ponderavit semitam furori suo.* Iram suam definito tramite progredi permittit. Prov. 5. 21. *Omnes semitas ejus ponderat,* Deus accurate novit, qua quisque via incedamus. Esai. 26. 7. *Rectam orbitam justii ponderas,* definis ac clare doces, quæ via ducat ad vitam. Esai. 40. 12. *Ponderat in libella montes.* Definit eorum stationem & altitudinem. Pl. 58. 3. *In terra violentiam manuum vestrarum libratis.* Deliberatis vobiscum, quo modo & contra quos exerceatis violentiam vestram. Job. 31. 6. *Ponderet me in statera justitiæ,* si Deus ad normam justitiæ suæ vitam meam consideret, meam deprehendet integritatem.

*Pondus,* שקל, καθύλαξω, ὀγκύ. α. Job. 28. 25. *Ad faciendum vento pondus.* Quanta cum vehementia flare debeat. β. כבד, βιάσθω, ὄγκω. *Onus ponderosum,* Hebr. 12. 1. *Abjicientes omne pondus.* Omnia impedimenta viæ ducentis ad Deum. Matt. 20. 12. *Qui portavimus pondus diei,* qui absolvimus integrum pensum diurnum, idque grave & molestum. γ. 2. Cor. 4. 17. *Pondus gloriæ est gloria magna,* ejus justæ mensuræ nihil deest.

*Forca,* ררר, ἀυλαξ. Terra elevata inter duos sulcos, uti sulcus

fulcus est longa fovea in agro arato. In agro Ecclesie notat superbos, tumidos. Pf. 65. 11. *Sulcos ejus irriga, deprime porcas ejus, solare modestos, castiga superbos.* Vid. *Sulcus*.

*Porcus*, sus, פורק, χοιρ, ὄς. Animal impurum, cujus carne per legem Israelitæ debebant abstinere. Effigies hominis impuri. Esai. 65. 4. & 66. 17. *Qui comedunt carnem porci. Qui habent communionem cum hominibus impuris, velut cum fratribus.* Matth. 7. 6. *Nec projicite margaritas vestras coram porcis, ne quando conculent eas pedibus suis, & conversi lacerent vos.* Esai. 66. 4. *Qui adolet munus, sanguinem porci, qui justus vult fieri per suffitum, is Deo offert victimam impuram ingratamque.* 2. Petr. 2. 22. *Accidit iis quod vero proverbio dicitur - - sus lota ad volutabrum cani.* Pf. 80. 14. *Vasbat illam porcus à silva, hostis impurus ut populum tuum perdat, an permittis? Coccejus de populo Assyrio sub regibus Nineves & Babylonis explicat.* Prov. 12. 21. *In auris aurea in naribus porci mulier pulchra & deficiens consilio.* Luc. 15. 15. *Misit eum in agros suos, ut pasceret porcos.* v. 16. *& desiderabat ventrem suum implere siliquis, quas edebant porci.* Gentes, quæ bona Dei prodegerant, reapse porcis impuris facti sunt similes, cum quibus Israeli communionem habere nefas erat.

*Porta*, פתח, πύλη. I. Per portam introimus in urbem, ideo designat α. cor, per quod Christus ingressus nos inhabitat, item, in genere medium & facultatem intrandi in urbem. Psal. 24. 7. *Tollite portæ capita vestra, corda dilatate vos ad excipiendum Regem gloriæ; vel, urbes recipite Christum, permittite, ut sermo Evangelii ad vos veniat.* Apoc. 21. 12. *Habentem portas duodecim.* v. 13. *Ab oriente portæ tres, ab aquilone portæ tres, ab austro portæ tres, ab occasu portæ tres.* Ab omnibus mundi plagis patebit liber introitus in Ecclesiam, in qua adorantur tres, qui unum sunt, Pater, Filius & Spiritus S. Esai. 54. 12. *Portas tuas ex lapidibus carbunculi ponam, faciam ut introitus in tui communionem longe lateque spectetur.* Esai. 60. 11. *Aperte erunt portæ tue jugiter, die ac nocte non claudentur, semper erit facultas ad te veniendi.* v. 18. *Vocabis salutem muros tuos, & portas tuas laudem.* Esai. 62. 10. *Transite, transite per portas.* Matth. 7. 13. *Introite per arctam portam, quoniam lata est porta & spatiosa via, quæ abducit in exitium.* v. 14. *Quo-*

*nam angusta est porta & stricta via, quæ abducit ad vitam. β. Christum, per quem venimus ad Patrem. Gen. 28. 16. Et hæc est porta cæli. Hæc scala notat Eum qui est via ad Patrem. Pl. 118. 19. Aperite mihi portas iustitiæ, ingrediar per eas, confitebor Jahu. v. 20. Hæc porta Jehove, iusti intrabunt per eam. Vos, qui habetis claves scientiæ, docete me veram rationem impetrandi juris vitæ, hanc enim quam monstratis vera non est. Hanc quam ego scio portam, sola est vera Domini porta. Per solum Christum venimus ad Patrem. Coccejus monet, prædici, aliquando fore tempus quo Ecclesia post alias tentationes cum doctoribus mendacibus concertet de vera fide & justificatione. II. Quia ad portas habebantur olim conventus publici & agebantur judicia solennia, ideo notant interdum conventus, judicia. Prov. 24. 7. *In porta non aperiet os suum.* Stultus in conventu publico non audet loqui. Amos. 5. 10. *Oderunt in porta redarguentem.* v. 12. *Egenos in porta evertunt.* Pl. 127. 5. *Non pudefient quum loquentur cum inimicis in porta.* Conf. Deut. 25. 7. *Et ascendet affinis ejus ad portam ad Seniores.* Prov. 31. 23. *Notus in portis vir ejus, quum sedet ipse cum senioribus terræ.* Zach. 8. 16. *Judicium pacis judicate in portis vestris.* III. Sepulcra habebant portas, quæ claudebantur ad recondendum cadavera, hinc memorantur portæ mortis, portæ inferorum. Job. 38. 17. *Num revelata sunt tibi portæ mortis, & portæ umbræ mortis vides?* Suntne tibi perspecta sepulcra omnia, & cadavera in iis recondita, ubi nulla lux penetrat? Matth. 16. 18. *Portæ inferorum non valebunt adversus eam.* Sepulcro non continebuntur, sed resurgent, vitamque vivent æternam, quotquot me confitentur Christum Filium illum Dei viventis. Pl. 107. 18. *Accedebant ad portas mortis, incidebant in sepulcrum, à morte secunda fere deglutiti.**

Porto, פָּרַט, βασίλειον, κερύκεριον. α. In me suscipio. Esai. 53. 4. *Dolores nostros portavit.* v. 11. *Pravitates eorum ipse portabit.* β. Quia parentes solent portare parvulos, quos amant, ponitur pro, curo, foveo, confervo. Exod. 19. 4. *Portavi vos super alas Aquilarum.* Deus. 1. 31. *Portavit te Jehova Deus tuus, quemadmodum portare solet homo filium suum.* Hebr. 1. 3. *Portat omnia verbo potentie sue.* Pl. 91. 12. *In manibus portabunt te, ne impingat ad lapidem pes tuus.*  
γ. Apoc.

7. Apoc. 17. 7. *Dicam tibi mysterium mulieris, & bestia, que portat eam, Romana Hierarchia populis Antichristianis insidet uti eques equo, aut alteri animali, à quò portatur.*

*Portus, יַמִּין, λιμὴν.* Locus in quo naves adpellunt, notatque terminum curriculi nostræ vitæ in hoc mundo. Ps. 107. 30. *Tunc letantur quod siluerint, & deduxerit eos ad portum voluntatis ipsorum.* Compositis tumultibus & persecutionibus, effecit, ut secunda aura benedictionis divinæ ad optatum portum pervenirent, h. e. tota res exiret ad Ecclesiæ veræ liberationem ex confusione Babylonica, tanquam jactatione marina, *Coccejus.*

*Postis, יַמִּין, פֶּסֶת.* Esai. 57. 8. *Pone Januam & postem posuisti memorialia tuum.* Imaginem tuam posuisti adorandam in domo Ecclesiæ juxta Christum, januam, & postem, januæ caput, Deum, *Coccej.* 2. Singulariter intelligitur postis templi Hierosolymitani. Esai. 6. 4. *Commota sunt superliminaria postium voce clamantis.* Amos. 9. 1. *Percute superliminare, & contremiscent postes.*

*Potus, כַּסֵּא, שֵׁרֵץ, πῶς.* α. Imago sanguinis Jesu Christi, sitientem animam nostram rigantis. Joh. 6. 55. *Sanguis meus verè est potus.* 1. Cor. 10. 4. *Omnes eundem potum spirituales biberunt.* β. Hof. 4. 18. *Recessit potus ipsorum.* Sitientes animas non rigarunt verbo Dei. Esai. 1. 22. *Potus tuus mistus est aqua, doctrinæ multa humana, vana, falsa, admixtuisti,*

*Præcingo. Vid. Accingo.*

*Præputiatus, פֶּרִי, ἀνεργεῖος.* Quia præputium est signum impuræ originis, præputiatus ponitur pro immundo, item pro eo, qui immundo & crasso tegumento est obductus. Levit. 19. 23. *Tres annos erunt vobis præputiata arbores, reputabitis arborum fructus impuros, neque comedetis.* Jerem. 6. 10. *Præputiata est auris eorum, obducta impedimentis crassis & impuris, ne queant attendere.* Ezech. 28. 10. *Morte præputiatorum morieris, morieris in sordibus peccatorum, ut post hanc vitam accipias portionem tuam cum impuris.* Jerem. 9. 26. *Omnes gentes præputiata, & tota domus Israel præputiata est corde, tecta & onerata impuris concupiscentiis.* Ezech. 44. 7. *Quod induxistis alienigenas incircumcisos corde & incircumcisos carne, ut essent in sanctuario meo. & 9. Nullus filius alienigenæ incircumcisos corde, & incircumcisos carne intrabit in sanctuarium meum,*



meum. Exod. 6. 12. *Præputiatus labiis*, linguam habens ad loquendum parum idoneam, velut impura sarcina oneratam.

*Præputium*, פְּרִיטוּם, ἀποβυσία. Pellicula membri genitalis in viro, cujus refectio Abrahamo sedus Dei confirmabat, post & Israelitis impuram generationem exprobrabat. Ponitur α. pro homine incircumciso & à federe Dei alieno. Rom. 2. 26. *Itaque si præputium jura legis servavit, nōne præputium illius pro circumcissione reputabitur?* v. 27. *Et quod est ex natura præputium, si legem servet, damnabit te, qui per literam & circumcissionem transgressor es legis.* Si gentes à communione Dei alienæ servent legem, erunt, δ Judææ, te meliores, ac condemnabunt te legis violatorem, δ γερματιστῶν καὶ περιτομῆς, non obstante legis litera & circumcissione tua. (Hanc enim vim præpositio δ & alibi habet, Rom. 4. 11. 1. Tim. 2. 15. 1. Petr. 3. 20.) Jerem. 9. 25. *Visitabo omnem circumcisum, præputium.* Israellem & reliquos populos incircumcisos. β. Pro qualibet re immunda ex origine. Levit. 19. 23. *Quum plantaveritis omnis generis arborem frugiferam, tunc circumcidetis præputium ejus, fructum ejus.*

*Prestes*, סָרָפ, ὄφεις πετοῦμεν. Serpens urens, ac celeriter volans. Imago hostis vehementer noxii & celeris. Esai. 14. 29. *Ne lateris, palestina, tota tu, quod fractum sit sceptrum percutientis te.* Nam ex radice serpentis exhibit basiliscus, & fructus eius prestes volans. Nolite Philisthæi gaudere quod Babylonii destruxerint regnum Judæ. Nam Babylonium imperium excipiet Medo Persicum, & hoc Græcum, à quo subjugabimini. Alexander scil. M. Tyrum fame, & Gazam vi expugnavit, Coccej. Conf. Esai. 30. 6. Num. 21. 6. 8.

*Primitia*, בְּכֹרִים, ראשית, πρωτόγεννημα, ἀπαρχή. Fructus primi Deo consecrati, per quos ceteri fiebant sancti. Figurant N. Christum, qui Deo oblatus ceteros fratres facit sanctos. 1. Cor. 15. 20. *Primitia dormientium factus est.* Uti manipulus primitiarum post pascha mactatum die sabbatum insequente inferebatur in sacrarium, & per eum tota messis consecrabatur: ita dormientes omnes cum Christo resuscitato resurgunt, in cælo collocantur, & Deo consecrantur, ut cum eo olim vivant. 2. Prima Spiritus S. dona. Rom. 8. 23. *Primitias Spiritus habentes.* 3. Populum

lum aut hominem ante alios Deo consecratum, Jer. 2. 3. *Sanctitas est Israel Jehovæ, primitiæ frugum ejus.* Amos. 6. 1. *Notatis primitiæ gentium.* Rom. 11. 16. *Quod si primitiæ sanctæ, etiam massâ.* Et si nunc Judæi plurimi detrectent Jesu Christo credere, haud tamen sequitur, omnes ipsorum posteros in hac pertinacia mansuros, nec enim hi magis sunt filii parentum rejectorum, quam portio massæ sanctæ, Israelis electi, cujus primitiæ sunt Deo consecratæ, Abrahamus, Isaac & Jacobus, aliiq̄ue Israelitæ, qui Jesum esse Christum, Dei filium credunt. Rom. 16. 5. *Salutate Epænetum, primitias Achaïæ in Christo.* 1. Cor. 16. 15. *Nostis familias Stephanæ esse primitias Achaïæ.* Apoc. 14. 4. *Hi emti sunt ex hominibus primitiæ Deo Agno.* Jacob. 1. 18. *Progeniuit nos sermone veritatis, ut essemus primitiæ quadam rerum ab Ipso creatarum.*

*Primogenitus*, בכור, πρωτότοκος. Est α. cognomen Christi, quem Pater ab æterno genuit, heredemq̄ue omnium constituit, & per Spiritum S. ante ceteros fratres sancta humana natura donavit. Pl. 89. 28. *Etiam ego primogenitum dabo eum.* Coloss. 1. 15. *Primogenitus omnis rei creatæ, genitus ante res creatas, & omnium heres, sicut primogenitis amplior quam ceteris fratribus obtigit hereditas.* 1. 18. & Apoc. 1. 5. *Primogenitus ex mortuis.* Qui resurgit ante reliquos mortuos, & propter quem reliqui resurgent. Nempe in æterno pacis consilio definita fuit Filii Dei natura humana, mors & resurrectio prius, quam hominibus in peccato mortuis destinabatur Spiritus vitæ. Et sicuti in V. T. per primogenitos, quos Deus velut suam portionem sibi vendicabat, Exod. 13. 2. ceteri fratres reddebantur sancti, ita & nos per Dei Filium fimus sancti. Hebr. 1. 6. *Rursum autem, quum inducit primogenitum in orbem habitabilem.* Rom. 8. 29. *Ut is sit primogenitus inter multos fratres.* Luc. 2. 7. *Peperit igitur filium suum, primogenitum illum.* 3. Israelis, quem deus ante alios populos adoptavit. Exod. 4. 22. *Filius meus, primogenitus meus Israel.* Jerem. 31. 9. *Ephraim primogenitus meus est.* γ. *Primogeniti in cælo descripti,* Hebr. 12. 23. *sunt filii Dei ex ceteris hominibus electi.* δ. Job. 18. 13. *Devorabit membra ejus primogenitus mortis, morbus dirissimus.* Esai. 14. 30. *Et pascetur primogeniti pauperum, omnium pauperrimi.*

*Procella, turbo*, סופר, סער, סערה, λάϊλαψ, καταιγίς.  
Υ

Ventus

Ventus impetuofus, fluctus maris tollens, arbores quandoque ac domos subruens. Imago  $\alpha$ . hostis potentis & inopino regionem invadentis. Ezech. 13. 11. *Ventus procellarum scindet parietem. Chaldæi Hierosolymas destruent.*  $\gamma$ . 13. *Erumpere faciam spiritum procellarum in ira mea, immittam Babylonios.*  $\beta$ . Magnæ & inopinæ calamitatis aut pœnæ à Deo immiffæ. Pf. 83. 16. *Persequere eos procella tua, & turbine tuo terre illos.* Pf. 11. 6. *Ventus procellarum pars calicis eorum, incident subito in destinatum ipsis supplicium quod nulla arte effugient.* Esai. 54. 11. *Paupercula in turbine versans non accepit consolationem.* Nahum. 1. 13. *In procella & tempestate via ejus.* Amos. 1. 14. *Cum tempestate in die procellæ.* Irruptionem hostilem sæpe procellas antecedere, aut comitari, vel proximè sequi constat experientia. Hof. 8. 7. *Ventum seminaverunt, & procellam metent.* Zach. 9. 14. *Incedet cum procellis austri.*

*Procido*,  $\text{פָּרַד}$ ,  $\alpha\nu\alpha\mu\iota\tau\omega$ . Gestus  $\alpha$ . mœrentis. Matth. 26. 39. *Procidit in faciem suam.* Jos. 7. 6. *Josua procidit in faciem suam in terram.*  $\gamma$ . 10. *Surge, quid tu procidis in faciem tuam.*  $\beta$ . Honorantis sive civili, sive sacro honore. Gen. 44. 14. *Prociderunt ante ipsum in terram.* Dan. 3. 7. *Prociderunt omnes populi, tribus & lingua, & adorarunt statuam.* Matt. 2. 11. *Procidentes adoraverunt eum.*

*Procumbo*,  $\text{פָּרַס}$ ,  $\text{הִשְׁתַּחֲוֶה}$ ,  $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}\nu\epsilon\mu\alpha\iota$ . Gestus adorantis, civili aut religioso cultu, orientalibus frequens: hinc pro adorare ponitur. Pf. 97. 7. *Procumbant ad eum omnes Angeli.* 1. Reg. 1. 23. *Et procubuit ad Regem prona in terra facie.* Gen. 18. 2. *Et procubuit in terram.* Pf. 45. 12. *Et procumbe ad eum.* Pf. 95. 6. *Procumbamus, & incurvemur, & genua flectamus coram Jehova.* Gen. 49. 8. *Procumbent ad te filii Patris tui.*

*Profundum*,  $\text{צִוְחָן}$ ,  $\text{מַעְמַק}$ ,  $\text{מַצְוֵה}$ ,  $\text{βαθύς}$ ,  $\text{Εὐθύς}$ ,  $\alpha\beta\upsilon\sigma\sigma$ . Ponitur  $\alpha$ . pro mari. Pf. 107. 24. *Vident -- mirabilia ejus in profundo.* Esai. 44. 27. *Qui dicit profundo: siccare.* Luc. 5. 4. *Provehito in profundum.*  $\beta$ . Significat magnam calamitatem, unde difficulter quis emergit, aut statum humilem. Pf. 130. 1. *De profundis voco te, Jehova.* Rom. 8. 39. *Neque altum, neque profundum, neque felicitas, neque miseria, vel, neque gloriosus, neque miser status.* Zach. 1. 8. *Stabat inter myrtos, que in profundo, Christus erat præsens Israël à Persis presso.*  $\gamma$ . Sepulcrum. Pf. 96. 16. *Ne absurbeat me*

*profundum*, ne patere ut in tumulo putrescam. Ps. 88. 7. *Posuisti me in fovea profunda, in tenebris, in profundis*, humilem me fecisti, vita privasti, & in sepulcrum posuisti.

*Profundus*, פְּעַי, סבִּיבִים. *Occultus, arcanus*. Eccles. 7. 25. *Quis inveniet profundum profundum?* Rom. 2. 33. *O profundas divitias cum sapientiae tum cognitionis Dei!* 1. Cor. 2. 9. *Spiritus omnia scrutatur, etiam res profundas Dei, decreta, mysteria*. Apoc. 2. 24. *Neque cognoverunt profunda Satanae, occultas ipsius fraudes non amarunt*. Esai. 33. 19. Ezech. 3. 5, 6. *Populus profundi labii est* cujus vox non bene percipitur, neque sermo intelligitur.

*Propagines*, שְׂרָחִי, נְשִׂימוֹת, מְנַחֵם, κληματαδες, ωδὲς-φύαδες, νεβφύα. *Rami de arbore fracti, & in solo depacti*. Notant α. *liberos aut filios*. Jerem. 5. 10. *Auferte נְשִׂימוֹתַי propagines ejus, quia non sunt Jehovae, filios Hierosolymorum in Babyloniam transducite, quia defecerunt a Deo*. Esai. 16. 8. Jerem. 48. 32. *Propagines tuae transferunt mare*. Cives tui ultra mare ducentur captivi. Esai. 22. 24. *Et suspendent super illum omnem gloriam domus patris sui propagines & surculi*. Pagninus vertit: *fili & nepotes*. Esai. 48. 19. *Propagines uteri tui sicut lapilli ejus fuissent, filii tui aucti essent instar lapidum ad litora maris*. Cant. 4. 13. *Propagines tuae paradisus malogranatorum*. Filii tui sunt similes malogranatis. Hof. 14. 7. *Ibunt propagines ipsius*.

*Propago*, יָנִין, ωδὲφύω, παρεκτείνω. *Ad posteros transmitto*. Ps. 72. 17. *Ante solem propagabitur nomen ejus*.

*Propheta*, נְבִיא, πρῶφῆτης. I. *Verus profeta α. est non modo, qui futura praenunciat, sed quisquis familiari utitur alloquio Dei, & ipsius verbum populo indicat & explicat*. Gen. 20. 7. *Nam profeta hic*. 2. Chron. 20. 20. *Credite profetis ejus, & prospere agite*. 1. Sam. 10. 5. *Obviam habetis catum profetarum*. v. 12. *Num & Saul inter profetas?* Num. 11. 29. *Quis det omnem populum Jehovae profetas?* 2. Reg. 2. 3. *Tunc egressi sunt filii profetarum, qui erant in Bethel, auditores & discipuli interpretum Mosis ac Profetarum*. Act. 13. 1. *Erant autem Antiochie in Ecclesia quidam profetae & doctores*. 1. Cor. 12. 28. *Et alios quidem constituit Deus in Ecclesia primum Apostolos, deinde profetas, tertio doctores*. 1. Cor. 14. 32. *Spiritus profetarum profetis subjiciuntur*. *Qui donum Scripturae explicandae accepit,*

cepit; debet quoque alteri eodem dono pollenti vices loquendi concedere, neque loquentem turbare, unde lis & tumultus oritur. Apoc. 11. 10. *Hi duo profetae cruciarunt incolas terrae.* Apoc. 18. 24. *In ea sanguis profetarum & sanctorum inventus est.* β. Per profetam singulariter designatur Messias. Deut. 18. 15. *Profetam ex medio tui, ex fratribus tuis, parem mihi excitabit tibi Jehova Deus tuus.* Luc. 7. 16. *Magnus profeta inter nos surrexit.* Joh. 4. 19. *Domine video te profetam esse.* Joh. 1. 25. *Situ non es Christus, nec Elias, nec profeta ille.* γ. Johannes B. Luc. 1. 76. *Tu vero puerule, Profeta altissimi vocaberis.* Matth. 11. 9. *Sed quid existis, ut videretis? Profetam? certè dico vobis, etiam amplius quam profetam.* II. Falsus profeta est, qui simulat se loqui verbum Dei, docens mendacia & doctrinas humanas. Esai. 9. 15. *Profeta qui docet mendacium, ipse est cauda.* Jer. 5. 31. *Profetae profetarunt mendaciter.* Jerem. 14. 14. *Profeta falsum vaticinatur in nomine meo.* Hof. 9. 7. *Cognoscat Israel stultum profetam.* Zach. 13. 2. *Profetas & spiritum immundum auferam è terra.* v. 4. *Profetae pudore afficientur quisque à visione sua.* Coccejus v. 2. de Idololatrieis, v. 4. de Antichristianis doctoribus intelligit. Matth. 7. 15. *Cavete vero vobis à falsis profetis.* Matth. 24. 24. *Surgent enim falsi Christi & falsi profetae.* i. Joh. 4. 1. *Nam multi profetae falsi exierunt in mundum.* Jonathan profeta falsus in deserto vexavit Judaeos Cyrenenses, Catuli praefecti instinctu, Joseph. l. 7. de bell. Jud. c. 37. 38. Et l. 2. c. 23. *πλάνοι γὰρ ἄνθρωποι καὶ ἀπαπεινὲς προφήται θεοσμί.* - - ὁ ἀγρόπτης ψευδὸς προφήτης. κλ. Apoc. 16. 13. *Et vidi ex ore Draconis, & ex ore bestiae, & ex ore falsi profetae illius tres impuros spiritus.* Apoc. 19. 20. *Sed apprehensa est bestia, & cum ea falsus profeta ille.* Apoc. 20. 10. *Ubi bestia & profeta falsus.* III. Profeta est quilibet orator, interpres. Exod. 7. 1. *Aaron autem frater tuus erit profeta tuus.* Loquetur ipse pro te ad populum. Exod. 4. 16.

Prophetia, פְּרוֹפֵּטִיָּה, προφητεία. Notat α. scriptum profetae. 2. Chron. 9. 29. *Scripta sunt in verbis Nathanis Profetae, & in profetia Abia Silonita.* Apoc. 1. 3. *Beatus qui legit, & qui audiunt verba profetae hujus.* β. Explicationem scripturae, praesertim profeticae. Rom. 12. 6. *Habentes autem diversa dona pro gratia nobis data, sive profetiam pro fidei proportionem, 1. Cor. 12. 10. Alii vero profetia, 1. Cor. 14. 6. Quid vos juvabo, nisi vobis loquar aut per revelationem, aut per*

per cognitionem, aut per profetiam, aut per doctrinam? quid prodero vobis variis loquens linguis, nisi aut prædicam futura, aut ratiociner, aut scripturas explicem, aut præcepta de moribus tradam? 1. Tim. 4. 14. *Ne negliges donum quod in te est, datum tibi per prophetiam.* 7. Futurorum prædictionem & mysteriorum Dei patefactionem. Apoc. 22. 7. *Beatus qui servat verba profetiæ hujus libri.* Sic & v. 10. 18. 19. 2. Petr. 1. 20. *Nulla profetia scripturæ est propriæ explanationis.* v. 21. *Non enim libidine hominis allata est olim profetia.* 8. Quandoque prædictæ significationes sive omnes, sive pleraque, conjunguntur. 1. Theff. 5. 20. *Profetias ne habete pro nihilo.* 1. Cor. 13. 8. *Profetiæ abolebuntur.*

*Prophetissa*, נְבִיאָה, ΠΡΟΦΗΤΙΣΣΑ. I. Vera prophetissa est femina ex verbo Dei ad populum differens de operibus Dei. Exod. 15. 20. *Tulitq; Maria prophetissa soror Aaronis tympanum in manu sua.* Judic. 4. 4. *Debora autem mulier prophetissa.* Esai. 8. 3. *Accessi autem ad Prophetissam.* Luc. 2. 36. *Erat etiam Anna prophetissa.* II. Falsa prophetissa est, quæ Dei nomen prætendens, docet doctrinam falsam. Apoc. 2. 20. *Permittis mulierem Jesabel, quæ se dicit prophetissam, docere & seducere servos meos.*

*Propheto*, נְבִיא, ΠΡΟΦΗΤΕΥΩ. Interpretor scripturas, maxime profeticas, dissero ad populum ex verbo Dei, de operibus Jehovah. Num. 11. 25. *Requiescente in iis spiritu profetarunt.* v. 27. *Eldad & Medad profetant in castris.* 1. Sam. 10. 10. *Profetavit in medio eorum.* Saul ex lege ad populum differuit. Joel. 2. 28. *Filii vestri profetabunt, scripta profetica intelligent & explicabunt.* 1. Cor. 13. 9. *Ex parte profetamus.* 1. Cor. 14. 1. *Ambite spiritualia, maxime tamen ut profetetis.* v. 3. *Qui autem profetat, loquitur hominibus edificationem.* v. 5. *Velim autem omnes vos loqui linguis, magis tamen ut profetetis, major enim est qui profetat quam qui loquitur linguis, nisi si interpretetur.* v. 31. *Potestis enim omnes singillatim profetare, ut omnes discant.*

*Proventus*, תְּבוּאָה, יְבוּאָה, γέννημα, καρπός, ἐκφύερα. Quod ex agro in domum vel horreum fertur. Notat α. fructus Ecclesiæ. Ps 107. 37. *Et faciunt fructum proventus.* Conf. Joel. 2. 22. β. Prov. 10. 16. *Proventus impii ad peccatum.*

*Publicanus*, τελώνης. Redemptor vectigalium, & ejus minister,

Judais ob injustitiam & grassationes singulariter exosus, ut conversari cum eo detrectarint. Matth. 18. 17. *Sit tibi velut Ethnicus & publicanus.* Arceto eum à communione fidelium.

*Puella*, ילדה, נערה, παῖς, κορδαλον. Imago servi Christi, casto animo Ipsi adhaerentis. Prov. 9. 3. *Misit puellas suas.* Innuuntur profetæ, Apostoli, Doctores, & omnes ministri Ecclesiæ, etiam fideles, per quos sapientia invitatur ad nuptias suas, & epulas suas, *Coccejus.* Vid. Virgo.

*Puer*, ילד, נער, παῖς. Notatur α. Servum Dei & Jesu Christi. Es. 18. 8. Hebr. 2. 14. *Ecce ego & pueri quos dedit mihi Jehova.* Luc. 1. 69. *In domo Davidis pueri sui, servi Jehovæ.* Act. 4. 25. *Per os Davidis pueri tui.* β. Es. 65. 20. *Puer centum annos natus morietur.* Nemo morietur puer, qui non possit habere notitiam senis centum annorum.

*Pulso*, דבק, κρούω. Qui pulsat, desiderium intrandi demonstrat. Matth. 7. 7. *Pulsate, & aperietur vobis.* Apoc. 3. 20. *Ecce sto ad ostium, & pulso.* Conf. Cant. 5. 4. *Dilectus meus misit manum suam per foramen.*

*Pulvis*, עפר, χῶς, κένος. Notatur α. hominem terrestrem. Esai. 65. 25. *Et serpentis cibus pulvis.* Diabolus non lædet Ecclesiam à Spiritu Dei actam, sed deglutiet homines pulvereos, carnales. Gen. 3. 14. *Pulverem comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* β. Hominem imbecillem, fragilem. Ps. 103. 14. *Meminit quod pulvis simus.* Gen. 2. 7. *Et formavit Jehova Deus hominem pulverem ex terrâ.* γ. Hominem mortuum, in terram redactum. Ps. 30. 10. *An confitebitur te pulvis?* Dan. 12. 2. *Multi dormientium in terra pulveris expergiscuntur.* Terra pulveris est terra nihil nisi pulvere cadavera continens. δ. Sepulcrum. Ps. 22. 30. *Descendentes in pulverem.* In sepulcrum. Job. 19. 25. *Postremus stabit super pulvere.* Triumphabit de morte. ε. Multitudinem. Num. 23. 10. *Quis numerabit pulverem Jacobi?* Numerosam Jacobi posteritatem. Gen. 13. 16. *Et ponam semen tuum ut pulverem terræ* ζ. Lingere pulverem est, subjectum esse alicui, ad ejus pedes prosterni, Psal. 72. 10. *Inimici ejus pulverem lingent.* Esai. 49. 23. *Pulverem pedum tuorum lingent.* Mich. 7. 17. *Lingent pulverem sicut serpens.*

*Pupilla*, תנוח, תנוכה, κένος. Nigrum in medio oculi. Ponitur pro re valde chara. Deut. 32. 10. *Custodivit eum (Jacobum)*  
ut pu-

ut pupillam oculi sui. Psal. 17. 8. Custodi me, ut nigrum pupillae oculi.  
Zach. 2. 8. Qui tangit vos, tangit pupillam oculi sui.

Pupillus, פּוּלְלָא, ὀφθαλμός. Qui amisit parentes, significat hominem derelictum, omni praesidio destitutum. Pl. 109. 9. Sint filii ejus pupilli, perdant Judaei patres, principes, profetas, sacerdotes. 7. 12. Ne sit qui misereatur pupillorum ejus. Lament. 5. 3. Pupilli fuimus, sine patre. Eo sumus redacti, ut Deus non videatur esse Pater noster. Hof. 14. 4. In te miserationem consequetur pupillus, Ecclesia derelicta, & nullum in terra habens patrem & defensorem, per te servabitur. Joh. 14. 18. Non relinquam vos pupillos.

Purgamentum, טָהוּר, κένωμα, Ἐκβάσμα. Sordes quae ejiciuntur, significant hominem contemptum. 1. Cor. 4. 13. Purgamenta mundi sumus facti. Lament. 3. 45. Purgamentum & nauseam ponis nos in gentibus.

Purgo, כָּרַר, כָּרַר, καθαίρω. Sordes, aut paleam ejicio, lignum inutile refeco, à peccatis vel peccatoribus libero. Dan. 11. 35. Corruent ad purgandum per eos. Dan. 12. 10. Purgabuntur multi. Joh. 15. 2. Palmitem omnem, qui fert fructum, pargat. Matth. 3. 12. Purgabit aream suam, malos à bonis separabit. Esai. 52. 11. Purgate vos, qui fertis vasa fehorae. Malach. 3. 3. purgabit filios Levi.

Purifico, טָהַר, זָכַר, ἀγνίζω, καθαρῶς, καθαίρω. Justum declaro, sanctum reddo. Ezech. 24. 13. Purificavi te. Malach. 3. 3. Sedebit constans & purificans argentum. Pl. 73. 13. Certè frustra purificavi cor meum. Jacob. 4. 8. Purificate corda. Prov. 20. 9. Quis potest dicere, purificavi cor meum. Pl. 119. 9. Quo modo puer purificabit iter suum? faciet rectum & culpa vacuum. Esai. 1. 16. Purificate vos. 2. Cor. 7. 1. Purificemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis ac spiritus. 1. Petr. 1. 22. Purificantes animas vestras obedientia veritatis per spiritum. Eph. 5. 26. Postquam eam purificasset lavacro aquae per verbum. 1. Joh. 1. 7. Sanguis Jesu Christi mundat nos ab omnibus peccatis. Actor. 15. 9. Fide purificantur corda.

Purus, mundus, טָהוּר, καθαρός, ἀγνός. Justus, sanctus. Job. 14. 4. Quis dabit mundum ex immundo? Pl. 51. 12. Cor mundum crea mihi Deus. Habak. 1. 13. Purus oculis ne videat malum. Ezech. 36. 25. Spargam super vos aquam mundam, & mundabimini. 1. Tim. 5. 22. Te ipsum purum conserva. Malach. 1. 11. Oblatio munda offeretur nomini meo.

Pur-



*Purpura*, אַרְגָּמָן, אַרְגָּמָן, πορφυρα. Vestis tincta succo rufo piscis, qui purpura dicitur. *α.* Purpureas togas Romani olim gestarunt Senatores, & hodie gerunt Cardinales. Apoc. 17. 4. *Erat autem mulier illa amicta purpura & cocco.* Apoc. 18. 16. *Vah, Vah, civitas illa magna, que erat amicta bysso, & purpura, & cocco.* Unde recensetur inter merces Tyri & Babelis mysticæ. Ezech. 27. 16. *Aram negotiatrix tua propter multitudinem operum tuorum, cum carbunculo, purpura, & vestimentis diversorum colorum.* Apoc. 18. 12. *Merces auri & argenti, & lapidis pretiosi, margaritarum, byssi, purpure.* *β.* Cant. 3. 10. *Currus, vel, sedile ejus purpura.* Christi solium est purpura obductum, quia regnum ipsius sanguine est partum. Etiam ad ornatum tabernaculi adhibita erat purpura, Exod. 25. 4. & 26. 1. & Salomo fecit velum in templo ex purpura, 2. Chron. 3. 14. Cant. 7. 4. *Et pilus capitis tui ut purpura.* Fideles Christi amant effundere sanguinem pro veritate. Pl. 68. 28. *Principes Jude purpura illorum.* Regiam inter eos habuere auctoritatem.

*Puteus*, בְּאֵר, Φορέα. Fovea altè effossa ad concipiendam aquam. Designat *α.* sepulcrum. Pl. 69. 16. *Ne claudat super me puteus os suum.* Ne patere, me à sepulcro detineri. Psal. 55. 24. *Descendere eos facies in puteum corruptionis.* In sepulcro facies corrumpi, *β.* Exitium, corruptionem. Prov. 23. 27. *Mulier peregrina puteus angustus.* Apoc. 9. 1. *Data est ipsi clavis putei abyssi,* potestas imperii Antichristiani, regni inferorum, non regni cœlorum. *γ.* Datorem aquarum cœlestium, Christum, vel ipsius Ecclesiam. Prov. 5. 15. *Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta de medio putei tui.* A solo Christo hauri doctrinam & reliqua bona, non ab alieno fonte. Cant. 4. 15. *Sponsa vocatur puteus aquarum viventium,* quia ex ea diffunduntur aquæ salutares, verbum vitæ.

*Putredo*, קָרָה, σήπιδον. Exitium, interitus. Job. 13. 28. *Et ipse velut putredine veterascet.* Proverb. 14. 30. *Putredo ossium invidia.* Habak. 3. 16. *Venit putredo in ossa mea.*

*Putresco*, קָרָה, σήπιδον. Pereo, intercido. Prov. 10. 7. *Nomen impiorum putrescet.* Jacob. 5. 2. *Divitie vestrae putruerunt.*

*Putris*, קָרָה, σήπιδον. Malus, corruptus. Matth. 12. 33. *Facite arborem putrem, & fructum ejus putrem.* Matth. 13. 48. *Putria vero foris abjecerant.* Luc. 6. 43. *Neque arbor putris, que ferat fructum bonum.* Eph. 4. 29. *Nullus sermo putris ex ore vestro egreditor.* Q

Q.

**Quadrangulus**, quadratus, רבוע, τετραγωνος. Figura cujus longitudo est æqualis latitudini. Apoc. 21. 16. *Urbs ipsa vero quadrangularis est, cujus longitudo tanta est quanta & latitudo.* Ecclesia ultimi temporis congregabitur ex quatuor mundi plagis, æqualem bonorum Dei distributionem experturis. Ezech. 41. 21. *Templi postis quadrangulus.* Ezech. 45. 2. *Quadratum circumquaque.* Sic altare holocausti, Exod. 27. 1. & suffitus, c. 38. 1. fuit *quadratum*, atque pectorale summi sacerdotis, Exod. 28, 16.

**Quadriga**. Vid. **Currus**, מרכבה, ἄρμα. α. Instrumentum bellicum. Joel. 2. 5. *Sicut strepitus quadrigarum super fastigia montium subsilient.* Mich. 5. 11. *Succidam equos de medio tui, disperdamq; quadrigas tuas.* Bellicum tuum apparatus evertam. Judic. 5. 28. *Cur tardarunt pedes quadrigarum ejus? Siferæ.* β. Imago Regni. Zach. 6. 1. *Ecce quatuor quadrigæ egrediebantur inter duos montes.* γ. 2. *In quadriga prima equi rufi.* δ. *In quadriga secunda equi nigri.* ε. 3. *In quadriga autem tertia equi albi.* ζ. *In quadriga quarta equi varii, rufi.* ח. בררים אמצים, grandinati, rufi. Duo montes ahenei sunt regnum Israelis post captivitatem Babylonicam, & Messiae: quatuor currus sunt quatuor regna, Persicum, Græcum, Lagidarum Seleucidarumque, & Romanum, quod ordine ultimum, à Zacharia primum videtur, quod Regno Israelis supremum ab eo exitium fuit illatum. De equis vide ad vocem *Equus*.

**Questus**, ארתן, μετρητός. Opes, facultates. Esai. 23. 17. *Et redibit ad questum suum,* denuo mactabitur opibus seductione & injustitia acquisitis. Hof. 9. 1. *Dilexisti questum super omnes arenas tritici.* Gratularis tibi de fructu cultus idolorum, de pacata bonorum terrestrium possessione. 1. Tim. 6. 5. *Questui habentes pietatem.* Præceptis pietatis ab utentes ad lucrum. γ. 6. *Est autem questus magnus pietas cum animo sorte sua contento.* Vid. **Merces**, negotior.

**Quasso**, quatio, concutio, קצר, κατακτάω, κατακτείνω. Vexo, infesto, ἀδικέω. 1. Sam. 12. 3. *Quem defraudavi, quem quassavi?* Amos. 4. 1. *Quæ quassant egenos.* Deut. 28. 33. *Et eris tantum defraudatus.* δ. *Quassatus omnibus diebus.* Hof. 5. 11. *Quassatus iudicio.* Esai. 58. 6. *Quassatos dimittere liberos.* Luc. 3. 14. *Neminem concutite.*

**Quercus**, אלה, אלה, δένδρον. Arbor procera, crassa, opaca & annosa valde, imago hominis robusti, fortis, potentis. Esai. 61. 3. *Dabitur iis nomen, quercus justitia.* Amos. 2. 9. **Amorrhæus**

Z

fortis



Quisquilie. Vid. gluma, purgamentum.

R.

**Racematio**, רַעְמָה, ῥακεματισ. Uvæ post vindemiam residuæ, & earum indagatio, quæ lege vetabatur, Levit. 19. 10. Deut. 24. 21. figurant α. cives servatos, vel opes residuas à calamitate bellica. Jerem. 49. 9. *Si vindemiatores venerint tibi, non relinquent racemationem.* Prosternent quos obvios habebunt, nemini parcentes, & rapient quicquid invenient. Esai. 17. 6. *Et relinquetur in eo racematio,* à Salmanassare non omnes occidentur, nec omnia rapiuntur. Conf. Obad. 1. 5. *Si vindemiatores introissent ad te, nonne reliquissent racemationem?* Judic. 8. 2. *Nonne melior est racematio Ephraimi vindemia Abiezer?* Nonne vos Ephraimitæ majorem nacti estis victoriam persequendo hostes residuos ac fuga elapsos, quam ego Gedeon ipsos fundendo & in fugam vertendo? β. Mich. 7. 1. *Va mihi, quia sum ut in collectionibus autumnii, & in racematione vindemia.* Uti quædam uvæ non modo prima vice colliguntur, sed & secunda racemantur, nullæ residuæ inveniuntur: ita licet in vinea Israelis semel iterumque fructus fidei ac resipiscentiæ quæram diligenter, nullos tamen reperio.

**Racemo**, רַעַמָּה, ῥακεματισμα. Uvas residuas carpo. Metaph. hostes residuos cædo, bona reliqua diripio. Judic. 20. 45. *Et racemarunt eos in semitis.* Benjaminitas fugientes in via occiderunt. Jer. 6. 9. *Racemando racemabunt sicuti vitem, reliquum Israelis.*

**Racemus**, רַעַמָּה, βίραρα. Complectitur multos acinos, sive multas baccas uvæ. α. Imago fructuum fidei ac resipiscentiæ. Mich. 7. 1. *Non est racemus ad comedendum.* β. Cant. 7. 7. *Ubera tua racemis sunt similia.* γ. 8. *Erunt nunc ubera tua ut racemi vitis.* Uti ex uvis succus exprimitur generosus, ita tua ubera suppeditant lac verbi divini, aut vinum Evangelii, salutariter homines instituis, anxios ac tristes solando, malos corripiendo, rudes erudiendo. Cant. 1. 14. *Racemus Cyperi dilectus meus mihi.* γ. Quia præter vitem cæli, datur & vitis Sodomæ, ideo & sunt racemi amaritudinum eis, qui ut palmites ei sunt inserti, Deut. 32. 32. fructus Deo ingrati. Vid. Botrus, uva.

**Rachel**, רַחֵל, ραχὴλ. Josephi & Benjaminis mater, in vicinia Bethlehemi sepulta, notat in genere matrem Bethle-

miticam. Jerem. 31. 15. Matth. 2. 18. *Rachel plorans filios suos, renuit admittere consolationem, quia non sunt.*

*Radix, שרש, piζα.* Quoniam arbor è radice trahit succum, quo nutritur & crescit, ideo radix ponitur α. pro causa, autore cujuslibet rei. Esai. 11. 10. Rom. 15. 12. Messias vocatur *radix Jessè*, & Apoc. 5. 5. & 22. 16. *radix* & *genus Davidis*, origo Jessè, Pater ac filius Davidis. Prov. 12. 3. *Radix justorum non vacillabit*, justi sunt positi in radice firma, à qua non separabuntur. 1. 12. *Radix justorum dabit*, est largus fons omnium bonorum. Esai. 53. 2. *Ascendit - - - velut radix de terra deserti.* Rom. 11. 16. *Si radix sancta, etiam rami.* 1. 17. *Particeps radicis ac pinguedinis olea factus es.* 1. 18. *Non tu radicem portas, sed radix te.* A Christo, qui vera est radix, accipimus sanctitatem, & sustentamur. Deut. 29. 18. *Ne sit in vobis radix fructificans venenum & absinthium*, ne subeat animum vestrum cogitatio ad errorem & defectionem ducens, vel ut alii, ne sit inter vos seductor, doctor falsus ad cultum idolorum homines incitans. Hebr. 12. 15. *Prospicientes, ne quis deficiat à gratia Dei, ne qua radix amaritudinis suppullulans obturbet, & per hanc inquinentur multi*, ne falsus doctor spargat doctrinam malam, eaque multos imbuat. 1. Tim. 6. 10. *Radix omnium malorum est amor pecunie.* Joh. 19. 28. *Radix verbi invenitur in me*, causa ac fundamentum liberi cum Deo colloqui, fides viva in Servatore. Matth. 13. 6. *Propterea quod non habebant radicem, exaruerunt.* 1. 21. *Non habet autem radicem in sese, sed temporarius est.* Non est insertus Christo per fidem vivam, & sincerum Dei amorem super omnia. Coloss. 2. 7. *Radicem agentes & superstructi in eo, Christo, & confirmati fide.* β. Notat succum hominis vitalem. Esai. 14. 39. *Enecabo fame radicem tuam.* Esai. 5. 24. *Radix eorum ut tabes fiet.* Job. 29. 19. *Radix mea aperta ad aquas.* Vita mea recreabatur solatio, uti radix fovetur aqua. Job. 18. 16. *Seorsim radices ejus arescent*, impius vitam suam non servabit, neque stirpem propagabit. Hof. 9. 16. *Percussus est Ephraim, radix eorum aruit.* γ. Job. 36. 30. *Radices maris tegit, aquas in imo fundo.*

*Rado, מלל, ξυγία.* Abrasus pilus & barba rasa erat olim eum ignominia tum tristitia signum, 1. Chron. 18. 4. Jerem. 41. 5. hinc radere alicujus capillos, est, ipsum in mortem conjicere, & con-

& contumelia afficere. Esai. 7. 20. Die illo radet Dominus per novaculam illam conductitiam, per transfuvianos, per Regem Assyriae, caput & pilos pedum, & etiam barbam absumet.

Rahab, רַהַב, LXX. ρααβ. Vulgo intelligitur Ægyptus à ferocia dicta. Pf. 87. 4. Memorare faciam Rahab & Babel inter noscentes me. Pf. 89. 11. Tu confregisti ceu vulneratum Rahab. Esai. 51. 9. Annon tu excidisti Rahab? Conf. Esai. 11. 11. & 30. 7.

Ramus, רַמֵּה, פֶּרֶדֶי, שֵׁרֵי, κλάδος, κλημα. Rami sumuntur pro liberis, posteris. Gen. 49. 22. Ramus crescens Joseph, ramus crescens juxta fontem. Job. 29. 19. Ros pernoctat in ramis meis. Liberi mei divina perpluuntur gratia. Psal. 30. 11. Rami ejus cedri Dei. v. 12. Misit ramos suos usque ad mare. Esai. 9. 14. Excidet Jebova ab Israele caput & caudam, ramum & juncum die una. Malach. 4. 1. Non relinquet tuis radicem neque ramum. Rom. 11. 17. Quod si nonnulli rami defracti sunt. v. 21. Si Deus naturalibus ramis non pepercit. Hos. 14. 7. Ibunt rami ejus.

Rana, צַפְרַעַת, βάτραχος, q. βράτραχος, habet enim vocem asperam, & nomen Hebræum Arabibus notat ripam limosam, Bochart. Est imago hominis garruli, loca putida inhabitantis. Apoc. 16. 13. Et vidi ex ore draconis & ex ore bestiae, & ex ore falsi profetae illius tres impuros spiritus, similes ranis. Vid. Spiritus. De ranis, secunda Ægyptiorum plaga, vid. Exod. 8.

Recalcitro, כַּעַס, ἀπολαύσιζω. Calcibus ferio quod faciunt animalia. Notat audacem contra Deum rebellionem. Deut. 32. 15. Pinguis factus est Israel & recalcitravit. 1. Sam. 2. 29. Cur recalcitraftis contra sacrificium meum? Cur protervè id contempsistis?

Recondo, אָצַר, אָפֵן, θησαυρίζω, σκεπάζω, ἀποκρύπτω. α. In memoria teneo. Hof. 13. 12. Reconditum est peccatum ejus. Ephraimi peccata probe recordor. Prov. 2. 1. & 7. 1. Præcepta mea reconde apud te. Psal. 119. 11. In corde meo recondidi eloquium tuum. β. Servo, custodio. Prov. 13. 22. Copia peccatoris recondita est justo. Opes peccatorum servantur piis. Pf. 83. 4. Consultaverunt contra reconditos tuos, contra pios quos tu servas & custodis thesauri instar. Pf. 27. 5. Recondet me in tugurio suo.

Regina, מַלְכֵי, βασίλισσα. α. Luna vocatur Regina cæli. Jer. 7. 18. Ut faciant placentas reginae cæli. Jerem. 44. 18. Ex eo autem

tempore, quo cessavimus suffire regina cœli, & libare ei libamina. *β.* Babel mystica se appellat reginam propter dominium in animas, corpora & bona hominum sibi subjectorum. Apoc. 18. 7. *Sedeo regina. γ.* Cant. 6. 7. *Sexaginta sunt regina, & octoginta concubina, & virginum non est numerus. δ.* 8. *Una est columba mea, immaculata mea, unica est matri suæ, electa est genitrici suæ: & viderunt eam filia, & beatam dixerunt, regina & concubina laudaverunt eam.* Cornelio à Lapide apud Heunischium sexaginta Reginae sunt Ecclesiæ Patriarchales, LXXX. concubinae Ecclesiæ Episcopales, atque virgines innumeræ Ecclesiæ parochiales & ceteræ. Columba una, cathedra Petri. Coccejo Reginae sunt clerus occidentalis, concubinae clerus orientalis, & puellæ populus clerum utrumque sectans. Nec modo reginas pellicesque, sed & ipsas puellas, reginis ac pellicibus ancillantes, facit diversas à columba Sponsi, Heunischius per Reginas Martyres, per concubinas confessores, per Virgines reliquos credentes intelligit. Forte Reginae sunt revera Reges, Principes, horumque uxores & filiae Christo mentientes & Ecclesiam veram laudantes. Conf. Ps. 45. 10. *Filia Regum in pretiosis tuis.* Concubinae autem quin sint Antichristi sectatores, nullus dubito. Ita Virgines erunt populus Christianus, in quo inveniuntur certè qui dilecta sunt Sponsi columba.

Regnum, מַלְכוּת, מַלְכוּת, βασιλεία. I. Regnum DEI, regnum cœlorum, notat statum liberum Ecclesiæ N. T. in qua abrogatis pristinis dominis & curatoribus, nemo Rex est præter Deum. Matth. 3. 2. & 4. 17. *Resipiscite, appropinquavit enim regnum cœlorum.* Matth. 6. 33. *Sed querite primo regnum Dei, & ejus justitiam.* Luc. 17. 20. *Non venit regnum Dei μετὰ ἰσχύος καὶ δυνάμεως, cum pompa in oculis incurrente. δ.* 21. *Ecce enim regnum DEI est intra vos.* Joh. 3. 5. *Nisi quis fuerit genitus ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei.* Rom. 14. 17. *Non enim est regnum Dei esca & potus, sed justitia & pax, & gaudium per Spiritum S.* Apoc. 12. 10. *Nunc facta est salus & virtus & regnum Dei nostri.* II. Christi & Sæctorum ejus victoriam de omnibus hostibus. Dan. 2. 44. *Porro tempore Regum istorum suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non corrumpetur.* Dan. 7. 14. *Deditque ei potestatem & gloriam & regnum, omnesque populi tribus, & lingua ei servient. δ.* 22. *Judicium datum est sanctis altif-*

altissimi, & tempus advenit, & regnum possederunt sancti. *v. 27.*  
 Regnum autem, & potestas, & magnitudo regni sub toto cælo detur populo sancto Altissimi, regnum ejus regnum æternum, & omnes potestates ei servient. Obad. *v. 21.* Eritq; regnum ipsi Jehovæ. Apoc. II. 17. *Adeptus es potestatem tuam magnam, & regnum inivisti.* Apoc. 20. 4. *Regnabunt cum Christo mille annos.* III. Vicariam Christi potestatem, qua nomine Patris Spiritum Sanctum mittit, mundum judicat &c. I. Cor. 15. 24. *Deinde erit finis quum tradiderit regnum Deo ac Patri.*

Reliquiæ, רִשָׁיָה, רִשָׁיָה, λείμμα, κατάλειμμα. Superstites ex populo; qui servantur ab exitio communi. Esai. 10. 21. *Reliquiæ convertentur, reliquiæ Jacobi ad Deum fortem.* Conservati à consummatione excidii & indurationis universi populi. *v. 22.* Si fuerit populus tuus Israel, velut arena maris, residuum convertetur ex eo. Quo dicto Paulus probat conversionem Judæorum, Rom. 9. 27. Esai. 11. 11. *Adjiciet Deus secundo manum ad possidendum reliquias populi sui, quæ remanebunt ab Assar.* Esai. 37. 32. *Ex Hierosolymis egredientur reliquiæ.* Mich. 4. 7. *Ponam claudicantem illam in reliquias.* Christianos rectum Dei cultum superstitione, & veritatem mendaciis ac fabulis miscentes servabo. Zephan. 3. 13. *Reliquiæ Israelis non admittent iniquitatem.* Amos. 5. 15. *Forte miserebitur Jehova exercituum residui Josephi.*

Remiges, רִמְגֵי, ῥιμίται. Adumbrant ministros aut proceres societatis cujusdam. Ezech. 27. 8. *Habitantes Sidonem & Arvadum fuerunt remiges tibi.* *v. 26.* *In aquas multas adduxerunt te remiges tui.* *v. 29.* *Et descendent de navibus suis omnes tenentes remum, remiges.*

Remphan, רִמְפָן, ῥιμφάν. Ægyptium Saturni nomen. Act. 7. 43. *Sidus Dei vestri Remphan.* Conf. Amos. 5. 26.

Renes, רִנָּה, רִנָּה, νεφός. Intimæ hominis cogitationes & occultæ cupiditates. Psal. 7. 10. *Probas corda & renes.* Pl. 16. 7. *Etiam in noctibus coercuerunt me renes mei.* Intimi affectus mei me impellunt ad te amandum & timendum. Pl. 139. 13. *Nam tu possedisti renes meos.* Affectus & appetitus meos novisti & rexiisti. Jerem. 12. 2. *Propinquus es in ore eorum, longinquus à renibus eorum.* De te quidem loquantur, at tales de te non sœvent cogitationes, nec sentiunt cupiditates, quales tu. Apoc. 2. 23. *Ego sum*



sum scrutator renum & cordium. Pl. 51. 8. Ecce veritate delectaris in re-  
nibus. Ut veritatis amor penetret ad intimos hominis sensus af-  
fectusque occultissimos. Renes, in obesis præsertim corporibus,  
difficiliter inveniri, est Medicorum testimonium.

Requies, **רָחַץ**, ἀνάπαυσις, κατάνοσις. Locus quiescendi. Pl. 132. 14. Hæc requies mea usque in seculum. In Sione, nec ali-  
bi, meum figam domicilium. Pl. 95. 11. Hebr. 4. 5. Si introibunt  
in requiem meam. Esai. 32. 18. Habitabit populus meus in taber-  
naculo pacis, & in tabernaculis pacis fiduciarum, & in requietibus  
tranquillis. Deletis Christi hostibus Ecclesia de sedibus suis non  
deturbabitur. Mich. 2. 10. Surgite & abite, non enim ista requies. In  
Canaanæ porro non habitabitis, sed inde in Assyriam & Babylo-  
niam captivi abducemini. Matth. 12. 43. Ambulat per arida loca,  
querens requiem.

Requiesco, **רָחַץ**, ἀναπαύομαι, κατανύομαι. In stabili sede  
maneo. Exod. 10. 14. Ascendit locusta, & quiescit in omni termino  
Egypti. Deut. 28. 65. Nec in gentibus ipsis quiesces. Esai. 11. 2. Et  
quiescet super eo Spiritus Jehovæ. Pl. 125. 3. Non quiescet sceptrum  
impietatis super sortem justorum. Justi non dabunt locum Regi im-  
pietatis, potestatem ejus non agnoscent, neque mandata serva-  
bunt. β. quiete fruor. Esai. 14. 7. Requiescit, quiescit tota terra.  
Esai. 57. 2. Requiescunt in cubilibus suis. Apoc. 14. 13. Ut quiescant  
à laboribus suis. Esai. 28. 12. Requiescere facite fatigatum. Esai. 63. 14.  
Spiritus Jehovæ faciebat eum quiescere. γ. Agere cesso. Gen. 2. 2.  
Et quiescit die septimo, desit plura facere opera. Jerem. 47. 6.  
O mucro Jehovæ, usque quo non quiesces? Collige te in vaginam tuam,  
quiesce & file. Hebr. 4. 10. Nam qui ingressus est in requiem ejus, re-  
quiescit & ipse ab operibus suis, quemadmodum Deus à suis. Ezech. 16.  
42. Et quiescere faciam iram meam in te, & recedet Zelus meus à te,  
& quiescam, nec irascar amplius.

Residuum. Vid. Reliquiæ.

Resurgo, **רָחַץ**, ἀνίσταμαι. Vitam in Deo recupero per  
Spiritus vitæ. Esai. 26. 14. Mortui non resurgent. v. 19. Cadaver  
meum resurgent, expurgiscimini, & laudate habitatores pulveris. Eph. 5.  
14. Excitare qui dormis, & resurge à mortuis. β. à calamitate magna  
liberor. Pl. 140. 11. In ignem cadere faciat eos, in foveas profundas, ne  
refur-

resurgant. Amos. 8. 14. *Corruent, neque resurgent ultra.* Conscr  
Ezech. 37. 12. 13.

Resurrectio, קימו, ἀνάστασις.

Recuperatio vitæ in Deo.

Apoc. 20. 5. *Hæc est resurrectio prima.* Alii tamen de suscitacione  
martyrum propriè dicta intelligunt.

Reze, reticulum, sarena, רשת, מוצר, מכמר, חר.

ἀμφιβληστρον, σαργίνη, δίπλον. Instrumentum capiendi pisces, fe-  
ras, aves. Designat α. medium vel artem dolosam decipiendi  
alterum sibi que subjiciendi. Esai. 19. 8. *Expandentes rete in superfi-  
cie aquarum infirmabuntur.* 9. *Pudore afficientur texentes retia. Qui  
sive excogitant, sive adhibent fraudulentas artes ad alios huma-  
næ auctoritati subjiciendos.* 10. *Eruntq; retia ejus contrita, frau-  
des quibus homines illexere, eludentur.* Pl. 141. 10. *Cadant in  
retia ejus impii simul.* Pl. 9. 16 *In reti quod absconderunt, captus est pes  
eorum.* Pl. 35. 8. *Et rete ejus quod abscondit, capiat eum,* Mich. 7. 2.  
*Quisque fratrem suum venatur reti.* Eccl. 7. 27. *Retia & laquei cor ejus.*  
Pl. 10. 9. *Rapit pauperem, quum trahit eum in rete suum.* β. Singula-  
riter notat artes copiasque & quælibet instrumenta Regum, qui-  
bus populos in suam redigunt potestatem. Habak. 1. 15. *Omnes  
hamo extrahit, congregabit illos sarena sua, & congregabit eos reti suo.*  
16. *Propterea sacrificat sarena sua, & suffiet reti suo.* Rex Babylo-  
nius Nebucadnezar gentes omnes suis exercitibus & bellicis ar-  
tibus subjugat, illisque confidit ceu Deo. Ezech. 19. 8. *Expan-  
derunt super eum rete suum, reti earum captus est.* Babylonii Regem  
Judæ ceperunt. Ezech. 12. 13. *Expandam rete meum super eum,  
capieturque sarena mea, & adducam eum in Babelem.* Ezech.  
32. 3. *Expandam super te rete meum, in cœtu populorum multorum, & ex-  
trahent te sarena mea.* Hof. 7. 12. *Expandam super eos rete meum, velut  
avem cœli desiciam eos.* Eccles. 9. 14. *Extruxit contra eam retia magna,  
magnis munimentis circumdatam urbem obsedit.* γ. Inevitabi-  
le supplicium à Deo immissum. Lament. 1. 13. *Expandit rete pedi-  
bus meis.* Job. 18. 8. *Projicietur in rete pedibus suis, & super reteambu-  
labit, ipse præcipitem se dabit in malum à Deo ei paratum.* Job.  
19. 6. *Reze suum adversum me circumduxit.* Deus plagis undiquaque  
me vexat. δ. Evangelium quo homines Christo subjiciuntur.  
Matth. 13. 47. *Rursum simile est regnum cœlorum sarena jactæ in mare.*

**Retego**, revelo, tegmen aut velum amoveo, רָחַץ, ἀπαλάπτω. α. Declaro, manifestum facio. Esai. 26. 21. *Revelabit terra sanguines ejus, commissæ in testibus Jesu Christi cædes non porro occultabuntur, sed à Deo vindicabuntur.* Job. 20. 27. *Retegent cæli iniquitatem ejus.* Jerem. 11. 20. *Ad te retexi litem meam, tibi & narraui & commendavi causam meam.* 1. Cor. 3. 13. *Nana per ignem retegetur, ignis templum & Hierosolymas absumentes docebit, an ritus Mosaici in N. T. sint servandi.* Matth. 11. 27. *Cui-cunque filius voluerit retegere.* β. Illustro. Ps. 119. 18. *Retege oculos meos, ut videam mirabilia in lege tua.* Num. 24. 4. *Dixit vir retextus oculis.* Clare videns in somniis.

**Rex**, מֶלֶךְ, βασιλεύς. α. Cognomen DEI Patris. Psal. 72. 1. *DEUS judicia tua Regi da, & justitiam tuam Filio Regis.* Item, Dei in genere. Malach. 1. 14. *Rex magnus Ego.* 1. Tim. 1. 17. *Regi seculorum.* β. Cognomen Christi. Ps. 2. 6. *Et ego inunxi Regem meum super Sionem.* Ps. 5. 3. *Attende voci clamoris mei, Rex mi, & Deus mi.* Ps. 21. 2. *Jehova, fortitudine tua letatur Rex.* Ps. 24. 7. *Introibit Rex glorie.* Ps. 45. 2. *Dico ego opera mea Regi.* Esai. 32. 1. *Ecce ad justitiam regnabit Rex.* Jerem. 23. 5. *Regnabit Rex & prospere aget.* Cant. 1. 12. *Dum Rex est in accubitu suo.* Dum Christus versatur in cælo, vel, dum præsens est Ecclesiæ suæ. Coccejus de mora Christi in templo, in urbe Hierosolymorum & in Cananæa tota intelligit. Ezech. 37. 22. *Rex unus erit universis ipsis in Regem.* Mich. 2. 13. *Transibit Rex eorum ante eos, & Jehova in capite eorum.* Zach. 9. 9. *Ecce Rex tuus veniet tibi.* Zach. 14. 9. *Et erit Jehova Rex super universam terram.* 7. 16. *Ascendent singulis annis, ut adorent Regem Jehovah exercituum.* γ. Antichristi. Esai. 30. 33. *Preparata est fovea ab heri, ipsa Regi preparata est.* Hof. 5. 13. *Ibit Ephraim ad Assur, mittetq. ad Regem contentiosum.* Apoc. 9. 11. *Et habent sibi impositum Regem Angelum Abyssii.* δ. Pii Sectatoris Jesu Christi. Apoc. 1. 6. *Et fecit nos Reges.* Apoc. 5. 10. *Fecisti nos Deo nostro Reges & Sacerdotes, & regnabimus super terram.* Rom. 5. 17. *In vita regnabunt.* Conf. 1. Cor. 4. 8. 2. Tim. 2. 12.

**Rideo**, ᾄδω, ᾄδω, γελῶ. Ritus est gaudii signum, ideo ridere α. ponitur pro lætari. Prov. 1. 21. *Etiam ego in contritione vestri ridebo.* Ps. 52. 8. *Super eum ridebunt, lætabuntur impij interitu*

interitu. Luc. 6. 21. *Beati qui nunc fletis, nam ridebitis.* β. *Rideo est illudo, contemno.* Pl. 2. 4. *Habitans in cœlis ridebit.* Pl. 59. 9. *Tu autem Jehova ridebis eos.* Job. 5. 22. *Vasitatem ac famem ridebis, non eris sollicitus de his malis.*

*Rigo*, רִיגוּ, רִיגוּ. Quia novellæ plantæ solent rigari, idcirco rigare sumitur pro confirmare tyrones Evangelii. 1. Cor. 3. 6. *Ego plantavi, Apollos rigavit.* v. 7. *Itaque nec plantans nec rigans est aliquid.* v. 8. *Plantans vero & rigans unum sunt, uterque unius Domini servus.*

*Risus*, רִישׁוּ, רִישׁוּ. Gaudium, lætitia. Pl. 126. 2. *Tunc implebitur risu os nostrum.* Job. 8. 21. *Implebit risu os tuum.*

*Rivus*, רִיב, רִיב. ἰμάριον ἰδαίτων. α. Est imago copiosæ bonitatis Dei & Spiritus S. Pl. 1. 3. *Et erit sicut arbor plantata ad rivos aquarum.* Pl. 65. 10. *Rivus Dei plenus aquis.* Pl. 46. 5. *Fluvius, rivi ejus exbilarabunt civitatem Dei.* Beneficia Dei, ac præsertim dona Spiritus S. lætam reddent Ecclesiam. Esai. 30. 25. *Et erunt super omnem montem excelsum, & super omnem collem elevatum, rivi, rivi aquarum, in die interfectionis multitudinis, cum ceciderint turres.* Quando hostes Evangelii debentur, aqua Evangelii, & dona Spiritus Sancti abundabunt in populis magnis & parvis. Esai. 32. 2. *Et erit quisque ut protectio à vento, & latebra imbris, ut rivi aquarum in stictulosa.* Principes Christiani Ecclesiam defendent à calamitatibus, & recreabunt præconio Evangelii, ut sub eorum auspiciis crescant dona Spiritus S. Ezech. 34. 13. *Pascam eas in montibus Israël, in rivis.* Vid. *Flumen, Torrens.* β. Designat lacrymas copiosas. Pl. 119. 136. *Rivi aquarum descenderunt ab oculis meis.* Lament. 3. 48. *Rivi aquarum descendunt ab oculo meo.* γ. Quamlibet copiam, vel abundantiam. Job. 20. 17. *Non videbit rivulos & flumina torrentium, mellis & butyri.* Prov. 5. 16. *Spargentur rivi tui foras, in plateis rivi aquarum, Sapientiam effundes rivi instar, aliis largiter communicabis.* Conf. Joh. 7. 38.

*Ros*, רֶשֶׁת, רֶשֶׁת. I. Est imago bonorum cœlestium. Deut. 33. 13. *Benedicta terra ejus (Josephi) à Jehova, ob delicias cœli, ob rorem.* v. 28. *Et cœli ejus stillabunt rorem.* Hof. 14. 6. *Ero tanquam ros Israël.* Zachar. 8. 12. *Cœli dabunt rorem suum.* Esai. 26. 19. *Ros herbarum ros tuus.* Cœlestia bona, quæ tibi sunt parata, sunt valde

ampla & frugifera, roris instar in tota terræ superficie gramina producentis. Job. 29. 19. *Ros pernoctat in ramis meis*, abundo bonis Dei. II. Filiorum Dei, qui veluti ros multi sunt, & è coelo gignuntur sine humana ope. Ps. 110. 3. *Ros tui partus ex utero ab aurora*. Mich. 5. 6. *Et erit residuum Jacobi inter populos multos, ut ros à Jehova, ut gutta super herbam, quæ non expectant virum*. Dei gratia potente reliquiæ populi Dei maxima fument incrementa. Ps. 33. 3. *Concordia fratrum, ut ros Hermon, qui descendit in montes Sionis*. Efficit ut multi gignantur Christo filii, & gratia coelesti impleantur. III. Malorum à Deo immissorum, aut, si malis, effusi sanguinis. Cant. 5. 2. *Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, cincinni mei guttis noctis*. In membris meis patior multas adversitates ac molestias, quarum causa sunt hostes tempore nocturno, tristi & obscuro. Vinarienses apud Heunischium non ineptè explicant de guttis sanguinis, quibus permaduit caput totumque corpus Christi, quando potestas tenebrarum ipsum supervenit. Ita Servator Optimus Ecclesiæ in memoriam revocat passionem suam, propter quam utique in scrinio cordis recipi debet. IV. Deut. 32. 2. *Stillet ut ros eloquium meum*. Sermo meus sit aptus ad incrementum herbarum adjuvandum, ad fructus fidei ac resipiscentiæ augendos. V. Hof. 6. 4. *Benignitas vestra ut nubes matutina, & tanquam ros mane abiens*. Hof. 13. 3. *Erunt veluti nubes matutina, & sicut ros mane abiens*. Doctrina colentium idola perit exhausta calore Solis, neque proficit ad vitam & consolationem, Coccejus.

*Rosa*, רובעל, רבועל, ῥόδον. Cant. 2. 1. *Ego rosa Saronis*. Rubicunda asperso Christi sanguine, alba sanctitate & innocentia, odorifera ex donis Spiritus S. salubris ad sanandum gentes, lata sensu gratiæ divinæ, posita in agro sub dio, nondum in Sponsi introducta domum, subiecta periculis, uti rosæ in prato graminoso facile à bobus conculcantur, vel depascuntur. Esai. 35. 1. *Florebit veluti rosa*.

*Rota*, רות, רות, ῥοτῆς. a. Rota adhibebatur in triturando, Esai. 28. 27, 28. hinc rotam ducere super aliquem est eum triturare, calcare, opprimere. Proverb. 20. 26, *Dispergit,*

ventilat, *impios Rex sapiens*, & *reducit super eos rotam*. *S. Rotæ beneficio currus provehitur*, idcirco *adumbrat adminiculum progressus*. Dan. 7. 9. *Solum ejus scintilla ignis, rotæ illius ignis ardens*, ubi *Deus regnat*, pectora eorum *incendit charitate*, & *illuminat cognitione veritatis*, sicuti *consumit impios*; atque hoc *Dei regnum in orbe progreditur cum flamma ignis cives regni illuminante & calefaciente*, hostes autem *absumente*. Ezech. 1. 15. seqq. *vidit profeta rotam habentem quatuor facies*. Coccejus de Angelis intelligit, *cujus verba libet subdicere*. *Rotæ visæ sunt in terra juxta animalia ad quatuor facies*. In rotis *observatur species sardonichis* & *ἐσάρδακον*, *motus congruus & rectus*. v. 17. *Altitudo formidabilis & apsidæ plene oculis*. v. 18. *Motus earum cum motu animalium & similis elatio*. v. 19. *Motus autem adscribitur spiritui*. Nam *spiritum animalis in rotis fuisse*. v. 20. *Simul ivisse, stetisse, sublatis fuisse, ob eam causam*. v. 21. *Ut hæc intelligamus, ponendum est, quid hæc rotæ significant* 1. *aliquid pertinens ad Ecclesiam*. 2. *Rationale*. 3. *Spiritu eodem præditum*. 4. *Habens sese, ut rotæ se habent ad currum: ut animalia sint tanquam columnæ throni, hoc verò præbent quandam sustentationem animalibus, tanquam columnis*. Nihil occurrit, *quod hisce prædicatis subferri possit, nisi sancti angeli*. - - - *Rotæ in rotæ significat plenissimum consensum omnium angelorum*. *Non sunt retrogradi, non circumgyrantur*. *Recta est semper intentio*. *Rotunditas rotarum significat equabilitatem in motu, sine actione omni*. *Oculi in apsidibus significant sapientiam & vigilantiam*, *Formidabilis altitudo significat multitudinem inenarrabilem & potentiam magnam & terrorem, quem sua præsentia faciunt in mundo*. *Moventur cum animalibus & cum iis efferuntur*. *Semper adsunt Ecclesiæ & membris ejus*. *Unus agit Spiritus Ecclesiam & angelos, ideoque una stant, una efferuntur, una procedunt*. *Sive enim Ecclesia progrediatur in mundo, cum Ecclesia veniunt angeli, sive subsistat in aliquo loco, ei præsto sunt ad bonum ipsius, ad averruncandum omne malum, ad subigendum sive adducendum eos, qui ad corpus Ecclesiæ pertinent*. *Sive abeat Ecclesia ex aliquo loco, una abeunt, & tunc succedunt in illorum locum demonia impura, & conditio illorum hominum, à quibus abit Ecclesia, est deterior, quam unquam fuerat*. Cl. Horchio quatuor rotæ sunt quatuor Monarchiæ, *Babylonia, Persica, Græca & Romana*. Fallor multum, aut rotæ hæc designat occultam sapientis Dei providentiam qua modera-

tur ac dirigit plaustrum iterque Jesu Christi ab uno populo proficiscentis ad alium per quatuor mundi plagas, donec omnia orbis terrarum regna sub ditionem ejus rediguntur, & universa terra cognitione Jehovah impletur. Eccles. 12. 6. *Et dissipetur rota super cisternam.* Piscatori hæc rota est pulmo, Coccejo cor, quod ubi quassatum est, non porro movetur, neque sanguinem humano corpori suppeditat. Muntero est cranium capitis, Varabulo & Drusio caput simpliciter, & puteus vel cisterna cor à quo trahuntur vires vitales. *Et sicut ministerio rotæ haurimus aquam: ita in cæpite omnes sensus constituuntur: ideo attrahit à corde vires vitales.* Jacob. 3. 6. *Lingua inflammans rotam originis, vel naturæ; totum mundum linguæ abusus incendit & elementa omnia dissolvit.*

*Ruben, רובן, רובן.* Filius Jacobi primogenitus, cujus nomen significat *viderunt filium.* Coccejo est figura totius populi Israelitici in ea conditione qua fuit quum Deus regnum occuparet, qui factus erat reus excidii per rejectionem & infamem tractationem rupis salutis, ad ultima Mosis §. 1548. Deut. 33. 6. *Vivat Ruben, & ne moriatur, & sint homines ejus numeri.* E populo Israelitico, quum videbit Filium, pauci ut queant numerari, vitam in eo accipient, pars cætera & numerosior mortis & abjectionis fiet rea. Certe, ut Ruben filius natu maximus contaminavit Patris Jacobi lectum, ita populus Israeliticus primogenitus Dei filium non honoravit Patrem, quia Filium indignè habuit, & cum idolo propriæ justitiæ ac templi scortatus est.

*Rubeo, rubesco, רובן, רובן, ἐρυθραίνωμαι, ἐρυθραίνω.* Esai. 1. 18. *Si rubeant peccata ut vermiculus, velut luna albescent.* Peccata rubere dicuntur, quia pudefaciunt, & sanguine sunt luenda, & sanguinis instar inquinant. 2. Lament. 4. 7. *Ruebant corpore præ gemmis.* Nitidiores erant gemmis, colore maxime vivo.

*Ruber, rubicundus, rufus, רובן, רובן, ἐρυθρός, ἐρυθρός.* Sanguine confersus. Esai. 63. 2. *Quare rubrum est indumentum tuum? Sanguine tuo, vel potius hostium.* Cant. 5. 10. *Dilectus meus candidus & rubicundus, Sanctus, innocens, & quondam profudit suum sanguinem.* Apoc. 6. 4. *Et prodiit alius equus rufus.* Populi & exercitus grassantes cædibus. Zach. 6. 2. *In quadriga prima equi rufi.*

7.7. *Et rubri exhibant.* Sic enim Coccejus post Bochartum reddit vocem **רובי**, quæ respondeat **רובי** Esai. 63. 1. Intelligitque Romanos Cananæam sæpe invadentes, ac tandem Remp. Judaicam multo sanguine effuso destruentes. Zach. 1. 8. *Ecce vir equitans super equum rufum.* Christus freno moderans bellicosum Perfarum populum. Apoc. 12. 3. *Ecce Draco magnus rufus.* Satanas Romani Imperii Dominus, bellis ac cædibus grassans. Gen. 49. 12. *Rubicundus oculis præ vino.* Habens oculos tanquam flammam ignis, h. e. cum Zelo & ardore animadvertens in inobedientes. Vel à vino. Vinum generosum bibens, h. e. *εὐδονίας* habens in illis, qui se ipsi præbent instar vini generosi, plenos spiritu & virtute, & ex illorum amore zelans. Rubor oculorum est à vino, Prov. 23. 29. Quanquam hoc vitium est ex temulentia ortum, tamen in Christo secundum sensum spiritualem est virtus. Ideoque, si literaliter id accipias, erit commendatio Judæ à temulentia, Coccejus. Quod si vero sensus mysticus retineatur, & dictum de tribu Judæ intelligatur, rubicunda erit à largo usu vini Evangelii. Vid. *Vinum.*

*Rugio, רוגו, αἰσώματι, βρυχάομαι.* Vox leonis, at sæpe Dei & hominum vehementem notat clamorem. Job. 37. 4. *Post eam (lucem) rugit vox, tonat voce superbiæ suæ.* In cælo fulgure illuminato auditur tonitru, magnificæ Dei gloriæ argumentum. Ps. 38. 9. *Rugio à fremitu cordis mei,* ingemisco & vehementer clamo, Ps. 74. 4. *Rugierunt hostes tui.* Jer. 51. 38. *Simul ut leones rugient, rugient ut catuli leonum,* Babylonii à Medis & Persis subjugati. Jer. 25. 30. *Jehova de excelsis rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam, rugiendo rugiet super habitaculum suum.* Militum Babyloniorum & Cananææ incolarum clamorem excitabit, dum regio vastatur ab hoste, & templum cum urbe incenditur. Hos. 11. 10. *Post Jehovam ambulabunt, velut leo rugiet, ipse enim rugiet, & pavèbunt filii ab occidente.* Jehovæ adhærebunt cujus vocem audient, trepidantibus Occidentis incolis. Coccejus explicat de liberatione Protestantum à civitate Antichristianâ sub ultima tempora. Amos. 1. 2. *Jehova è Sione rugiet.* Vocem iræ emittet, Babylonis & Romanis imminentibus. Coccejus restringit ad vocem Christi in carne præstiti.

*Rugi.*



**Rugitus**, רִגְוֹת, αἰγύμια, βρυχία. Clamor vehemens hominis in angustia positi. Psal. 22. 2. Longinquus es à salute mea, à verbis rugitus mei. Ps. 32. 2. Inveteraverunt ossa mea in rugitu meo tota die. Job. 3. 24. Stillabant instar aquae rugitus mei. Esai. 5. 29. Rugitus ejus ut leonis, Romani exercitus Judæam pervadentis.

**Rupes**. Vid. Petra.

**Ruptura**, רִפְּתָה, διακοπή, θραύσις. Est solutio continui, quare notat α. scissionem, dissidium, inimicitiam. Esai 58. 12. Ut vocareris sepiens rupturas, schismata tollens, & concordiam stabiliens. Ps. 144. 14. Non ruptura, non egressio. Nemo scindit nostram societatem ac concordiam, nemo à nobis deficit, vel egreditur è nostro cœtu ad doctores mendaciorum. Amos. 9. 11. Sepiam rupturas illorum. Tollam dissidia XII, tribuum, & jungam eas cum præstito Messia. Ezech. 13. 5. Non ascendistis in rupturas. Dissidia populi non sustulistis, neque illum compegistis in unum. Conf. 1. Sam. 25. 10. Multi sunt servi rumpentes se à facie Domini sui. Deficientes à Domino. β. Plagam qua Deus bonam populi partem absumit, cladem notabilem. Judic. 21. 15. Fecit Jehova rupturam in tribubus Israelis, Benjaminitas cædendo. Ps. 106. 23. Moses electus Ejus stetit in ruptura coram eo. Iratum Deum placavit, & populi stragem avertit. Ezech. 22. 30. Quæsi ex iis virum, qui sepiet sepe, & stantem in fractura coram me pro terra, ne dissiparem eam: & non inveni.

**Rus**, רֶשֶׁת, & γῆδος. Rus urbi solet opponi, & frugiferum est. Quare designat sedes Ecclesiæ à civitate Babylonis mysticæ separatae. Cant. 7. 11. Veni, dilecte mi, exeamus rus. Deseramus urbem illam magnam, quæ tibi locum non dat, neque fructus fidei ac respicientiæ profert. Coccejus intelligit de Protestantum exitu è societate Romana tempore Reformationis, in qua manere ob Concilii Tridentini placita haud potuerint.

S.

**Sabbatum**, שַׁבָּת, σαββατον. Dies hebdomadae septimus, quo Israelitæ exemplo Dei ab omni labore cessare & quiescere debuerunt. Adumbrat α. quietem in Christo præstito, qua populus Dei cessat facere opera legis Mosaicæ, & sinit Spiritum sancti-

sanctitatis, fidei, libertatis ac lætitiæ in sese agere, studetque desistere à peccato. Pl. 92. 1. *Psalmus cantici in diem Sabbati.* Esai. 56. 2. *Qui custodit Sabbatum, ne polluat illud, quiq; custodit manum suam, ne faciat ullum malum.* Esai. 58. 13. *Si revocabis à Sabbato pedem tuum, facere voluptates in die sancto meo, & vocabis Sabbatum delicias, Sanctum Domini honoratum, & honoraveris illud. Si intermittas propria instituta, humanasque traditiones, & abstineas à voluptatibus carnis, & totum vitæ tempus, quod quieti in Jehova consecravi, impendas ad meum cultum, tum lætaberis in me, ac mundi fies hæres.* Esai 66. 23. *Et erit de mense in mensum ejus, & de Sabbato in Sabbatum ejus, veniet omnis caro, ut incurvet se coram me. Semper erit sacrum tempus, & populi me adorabunt.* Hebr. 4. 9. *Itaque reliquus est aliquis Sabbatismus populo Dei.* Quies in Christo nobis parata in N. T. β. Notat integram hebdomadam è VII. diebus constantem. Levit. 23. 15. *Numerabitis autem à crastino Sabbati, à die qua obtuleritis manipulum elevationis: שבתות תמימות Sabbata plena erunt.* à prima feria ad septimam numerentur septem integræ hebdomadæ. Matth. 28. 1. *Vespera autem Sabbati lucefcence* εις μίαν σαββάτων, *in primum hebdomadæ.*

*Sacerdos, כהן, ιερεύς.* Levita habens jus accedendi ad altare Jehovæ. Imago hominis fidelis in N. T. gaudentis libertate appropinquandi ad Deum, eiq; Sacrificia Spiritualia offerentis. Esai. 61. 6. *Vos autem Sacerdotes Jehovæ vocabimini.* Esai. 66. 21. *Et assumam ex iis Sacerdotes & Levitas.* Apoc. 1. 6. *Et fecit nos Reges ac Sacerdotes Deo & Patri suo.* Apoc. 5. 10. *Et fecisti nos Deo nostro Reges & Sacerdotes.* Exod. 19. 6. *Et vos fietis mihi regnum Sacerdotum, Reges ac Sacerdotes.* 1. Petr. 2. 9. *Vos autem genus electum, regale Sacerdotium.* 1. 5. *Sacerdotium sanctum ad offerendum spirituales hostias.* Jerem. 33. 18. *Et Sacerdotibus Levitis non excidetur vir à facie mea, qui offerat holocaustum, & incendat oblationem, & faciens sacrificium omnibus diebus.* In regno Christi nunquam mihi deerunt Sacerdotes, spiritum contritum & laudem mihi offerentes. Ezech. 45. 5. *Sacerdotibus ministris Sanctuarii.*

*Sacrificium, Victimæ, hostia, קרבן, σφάγιον, θύμα. θυσία.* Animal Deo oblatum nactatumque in templo, ad designandam futuram Christi præstandi in carne mortem. Ponitur α. pro fructibus

nem, *Vatablus*. Etiam humor corporum parvulorum falis adjectione siccatur, *Hieron.*

*Salman*, שַׁלְמַן, σαλμαν. Plerisque interpretibus est *Salmanasser* שַׁלְמַנְאֶסֶר. Coccejus divinat respici Solymanni favitiam quae expressa fit in excidio *Magdeburgi*.

*Salus*, שָׁלוֹם, σωτηρία. Status tutus & incolumis post miseriam. Ponitur α. pro Messia salutis autore. Gen. 49. 18. *Salutem tuam expecto, o Jehova.* 1. Sam. 2. 1. *Letata sum in salute tua.* Pl. 96. 2. *Annunciate de die in diem salutem ejus.* Pl. 98. 3. *Viderunt omnes fines terrae salutem Dei nostri.* Esai. 62. 11. *Dicite filiae Sionis, ecce salus tua venit.* Luc. 2. 30. *Oculi mei viderunt salutem tuam.* Joh. 4. 22. *Salus ex Judæis est.* β. Est epitheton Dei qui nos salvat, & salutis nostrae causa est. Pl. 27. 1. *Jehova lux mea, & salus mea.* Deut. 32. 15. *Despexit rupem salutis suae, rupem quae ipsum salvat.* Pl. 89. 27. *Pater meus tu, Deus meus & rupes salutis meae.* Pl. 95. 1. *Venite, exultemus Jehovae, jubilemus rupi salutis nostrae.* Pl. 24. 5. *Accipiet benedictionem a Jehova, & justitiam a Deo salutis suae.* Pl. 27. 9. *Ne deseras me, Deus salutis meae.* γ. Notat bona acquisita in Christo. Pl. 40. 11. *Veritatem tuam & salutem tuam dixi.* Pl. 132. 16. *Et sacerdotes ejus induam salute.* Esai. 45. 8. *Aperiat sese terra, & proveniant salus ac justitia.* Esai. 46. 3. *Dabo in Sione salutem.* 2. Cor. 6. 2. *Ecce nunc dies salutis.*

*Salomo*, שְׁלֹמֹה, Σολομών. Filius Davidis, Rex Israelis dives, sapiens, ac pace gaudens. Ponitur pro Christo. Cant. 1. 5. *Ut tentoria Kedar, ita cortina Salomonis.* Uti Arabes tentoria sua de loco in locum transferunt: ita Christus jam passim in tabernaculis habitat, & de gente una ad alteram migrat. Cant. 3. 7. *Ecce lectus Salomonis.* Ecce Christum requiescentem in corde fidelium. Cant. 8. 1. *Vinea fuit ipsi Salomoni.* Cant. 3. 11. *Spectate filia Sionis Regem Salomonem.*

*Samaria*, שַׁמְרֹן, σαμαρεία. Metropolis regni decem tribuum, ædificata ab Omri qui montem super quo civitatem extruxit, emit a quodam Semer, unde urbis nomen, 1. Reg. 16. 24. I. Notat regnum Israeliticum vel X. tribuum. Jer. 23. 13. *In profetis Samariae vidi insulsa.* Ezech. 16. 51. *Samaria secundum dimidium peccatorum tuorum non peccavit.* Vid. Ezech. 23. 4, 5. II. *Coccejo est*

est nova Roma, Constantinopolis, ac designat regnum orientale vel Græcorum. Hof. 10. 5. *Ob vitulas Bethauen formident, o vicine Samaria, quia luget super illo populus ejus, & Sacerdotes ejus super eo exultant.* O Græci, metuite vobis propter vitulas Bethaven, Imperatorem & Papam Romanum in occidente. Nam declinat eorum potentia. v. 7. *Interiit Samaria Rex ejus.* Imperator Constantinopolitanus anno 1453. Hof. 14. 1. *Luit Samaria, expugnatur Constantinopolis, & græcum imperium destruitur.*

*Sanctuarium, Sacrarium, מקדש, ἁγίον, ἁγιασμένον.* Locus sanctus ad quem qui accedit, sanctus fit. α. Imago Messiae. Esai. 8. 14. *Et erit Jehova למקדש in sanctuarium, faciet homines sanctos, qui in ipso habitant, vel ad eum accedunt.* Ezech. 48. 21. *Et sanctuarium domus in medio ejus.* Conf. Apoc. 21. 22. *Dominus Deus omnipotens templum illius est & Agnus.* Ezech. 37. 26. *Ponam sanctuarium meum in medio eorum.* Christum iis monstrabo ut eum accedant. Ezech. 45. 3. *In ipso erit sanctuarium, sanctitas sanctitatum.* β. Cœli. Hebr. 9. 8. *Hoc declarante Spiritu nondum patefactam fuisse viam ad sacrarium.* v. 12. *Per proprium sanguinem ingressus est semel in sacrarium.* Hebr. 10. 19. *Habentes libertatem ingrediendi sanctuarium per sanguinem Jesu.* γ. Ecclesia. Pf. 96. 6. *Fortitudo & gloria in sanctuario ejus.* v. 4. *Et erit eis locus pro domibus, & sanctuarium ad sanctuarium.*

*Sanctum, קדש, ἁγίον.* Designat α. cœlum. Pf. 20. 3. *Mittat tibi auxilium de sancto.* Pf. 29. 2. *Incurvate vos Jehova in gloria sancti, in cœlo glorioso habitanti.* Pf. 134. 2. *Attollite manus vestras ad sanctum, cœlum versus.* β. Ecclesiam. Pf. 68. 25. *Viderunt incessus tuos Deus, incessus Dei mei & Regis mei in Sancto.* Vid. Sanctuarium.

*Sanctum Sanctorum, קדש קדש, ἁγίον ἁγίων.* Imago humanæ Christi naturæ. Dan. 9. 24. *Ad unguendum sanctum Sanctorum.* Coccejus intelligit de Ecclesia N. T. quam exclusam nolim.

*Sapientia, חכמה, σοφία.* Ponitur α. pro Christo Dei Filio. Prov. 8. 1. *Nome sapientia clamat.* v. 11. *Melior est sapientia margaritis.* v. 12. *Ego sapientia habito in prudentia.* Prov. 9. 1. *Sapientia edificavit domum suam.* Prov. 3. 13. *Beatus homo, qui invenit sapientiam.* v. 19. *Jehova per sapientiam fundavit terram.* Etiam Hebræorum Cabbala vetus Sefhiram secundam appellavit חכמה

sapientiam, & Sephiram tertiam **כינור**, intelligentiam. Sunt vero tres Sephiræ superiores tres personæ Deitatis, Pater, Filius ac Spiritus S.

*Sapphirus*, **ספיר**, **σάπφειρος**. Lapis pretiosus, cœrulei coloris, & valde lucidus, in pectorali Pontificis inaximi adhibitus, Exod. 28. 18. atque recensitus inter operimenta Regis Tyri, Ezech. 28. 13. Cant. 5. 14. *Venter ejus candidior albur, obductus sapphiris*, vel, ut Coccejus vertit, *viscera ejus nitor eboris, involuti sappirim*. Affectus Christi interni sunt puri, sancti, firmi, & cœlum spirantes. Esai. 54. 11. *Fundabo te in Sapphiris*. Doctrinâ lucidâ cœlestique te ædificabo. Ezech. 1. 26. *Tanquam aspectus lapidis sapphiri similitudo solii*. Coccejus post AbenEzram **ספיר** rubri coloris gemmam, pyropum, facit, & de Christo in crucem acto & sanguinem fundente intelligit. Apoc. 21. 19. *Fundamentum secundum Sapphirus*.

*Sardis*, **Σάρδεις**. Urbs Lydiæ insignis, ad Timoli montis latus sita, Croesi olim regia. Angelus ac cætus Sardensis Apoc. 3. 1-6. est imago Ecclesiæ quinti temporis à Gregorio VII. ad lætissima B. Lutheri ætatem decurrentis, cujus proprius character est corruptio per omnia serè membra grassans mentis erroribus & vitæ pravitate. Sed Henrico Moro designat Ecclesiam Protestantum è Babylone egressorum à resurrectione testium, vel, Reformatione usque ad phialam ultimam, comprehenditque tonitru primum. Cl. Horchio uti Angelus Thyatirensis est Ecclesia Reformata sub Pontificiis Principibus, ita Sardensis Ecclesia sub dominio Regum & principum protestantium, & utriusque ævum à Reformatione usque ad finem circiter hujus seculi extendit.

*Sardius*, **σάρδιος**. Gemma carnei coloris, primus in pectorali summi Sacerdotis, si Hebraum nomen **סרד** est Sardius, nam LXX. inconstanter id reddunt. Apoc. 4. 3. *Qui sedebat, aspectu similis erat lapidi jaspidi & sardio*. Fulgidissimi vultus homo. Apoc. 21. 20. *Fundamentum sextum sardius*.

*Saron*, **סרון**, **σαρων**. Regio pascua, & lati prospectus, sita inter montem Tabor & lacum Tiberiadis, & à Cæsarea usque ad Joppen se extendens, pinguis valde ac fertilis à Gaditis inhabitata,

bitata, 1. Chron. 5. 16. Cant. 2. 1. *Ego sum rosa Saronis. Floreo & cresco equidem in fertili campo, sed in quo facile atteror à bobus gramen depascentibus. Esai. 33. 9. Saron fuit ut desertum. Ubi doctrina abundabat, & pabulum animæ largiter dabatur, jam est penuria. Esai. 35. 2. Gloria Libani data est ipsi, honor Carmeli & Saronis. Gentes quæ verbo Dei usque huc non pascebantur, abundabunt pascevis regionibus. Coccejus de propagatione Evangelii tempore primo intelligit, Esai. 65. 10. Eritq; Saron habitaculum pecudis. Ovibus Dei dabuntur loca fertilissima. Saronis incollas ad Christum conversos legimus Act. 9. 35. In Sarone pascebantur boves Davidis, 1. Chron. 27. 29.*

*Satietas, שבע, שבעו, πλησμονή, ἐπιθυσία. Abundantia bonorum. Ps. 16. 11. Satietas letitiarum cum vultu tuo. Esai. 55. 2. Quare penditis - - laborem vestrum pro eo quod non est ad satietatem? quod animam famelicam haud nutrit.*

*Satio, saturo, שבע, השביע, χορτάζω, πικραίνω. Bona tam largiter communico, ut amplius nihil desideretur. Ps. 17. 15. Satiabor in evigilando specie tua. Resuscitatus à mortuis visione tua sic beabor, ut ad meam nil desit felicitatem. Luc. 2. 53. Famelicis implevit bonis. Ps. 90. 14. Satia nos mane benignitate tua. Ps. 107. 9. Satiavit animam palpitantem. Ps. 145. 16. Satiens omne vivens benevolentia. Matth. 5. 6. Beati esurientes & sitientes justitiam, quia ipsi saturabuntur.*

*Satur, שבע, πλήρης, κεχορηγημένῳ. Abundans bonis Dei. 1. Sam. 2. 5. Saturi pro pane se locaverunt. Judæi bonis Dei usque huc repleti, jam carent pane vitæ. Deut. 33. 23. Naphtali satur benevolentia.*

*Scabellum, כַּרְסֵי, ὑποπόδιον, ὑποκαθρον. Exiguum scamnum quod pedibus sedentium subjicitur. Hinc ponere scabellum pedum, est vincere, subjicere. Ps. 110. 1. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Citatur Matth. 22. & alibi. Deinde arca federis, & terra vocatur scabellum pedum Dei. Ps. 99. 5. Incurvate vos ad scabellum pedum ejus. Esai. 66. 1. Cælum solum meum, & terra scabellum pedum meorum.*

*Scatebra, מבוץ, מקור, ὑδατῶν, ἕξοδος. α. Notat rei originem, aut principium. Ps. 78. 27. E scaturigine Israelis. Qui ab Uraele*

Israele originem ducitis. Prov. 1. 11. *Scaturigo vite os iusti.* Prov. 18. 4. *Scaturigo sapientiae torrens redundans.* Jerem. 2. 13. *Me dereliquerunt scaturiginem aquarum viventium.* Esai. 35. 7. *Eritq; locus aridus in stagnum, & sitiens in scaturigines aquarum.* Es. 49. 10. *ad scaturigines aquarum deducet eos.* β. Imperatorem populi vel exercitus, uti fluvii notant populos, copias. Hof. 13. 15. *Pudescet scatebra ejus.* Imperatores & Reges Antichristo aquam suppeditantes pudore confundentur. Coccejus allegat Caroli V. fatum. Vid. Fons.

Scaturio, נבע, ἀναπηδαῖω. Abundanter eloquor. Pf. 19. 3. *Dies diei scaturit dictum.* Psal. 78. 2. *Scaturiam enigmata ab antiquo.* Conf. Matth. 13. 35. Pf. 119. 171. *Scaturiunt labia mea laudem.*

Sceptrum, שֵׁטַל, ῥάβδος, ῥομφαία. Virga regiae potestatis insigne. Sumitur pro regno. Gen. 49. 10. *Non recedet sceptrum a Juda.* Num. 24. 19. *Surget sceptrum ex Israele.* Pf. 45. 7. *sceptrum rectum sceptrum regni tui, justè & æquè regnas.* Pf. 125. 3. *Non requiescet sceptrum impietatis super sortem iustorum.* Iusti non se subjicient regno impia & injusta mandanti. Pf. 110. 2. *Sceptrum tui roboris mittet Jehova è Sione.* מִטְרָה עוֹף.

Scheba, שֶׁבַע, LXX. σαβα. Nepos Chusi ex Rahema filio, Gen. 10. 7. qui nomen dedit Æthiopiae, regioni australi, gemmis, auro, thure & aromatibus abundanti. 1. Reg. 10. 1. *Regina Scheba audiens famam Salomonis.* βασιλισσα νότα, Matth. 12. 42. *Regina austri.* Bochartus tamen contra Josephum & alios contendit, venisse eam reginam ex Arabia, Phaleg l. 2. c. 26. Pf. 72. 10. *Reges Scheba & Seba munus offerent.* מַלְכֵי שֶׁבַע וְסֵבָא. Æthiopiae & Arabia. Esai. 60. 6. *Omnes ii de Scheba venient, aurum & thus deferent.* Ezech. 27. 22. רַכְלֵי שֶׁבַע וְרַעְמָוִה. *Mercatores Scheba & Rahemi mercatores tui.* Ezech. 38. 13. שֶׁבַע וְרָדָן. *Scheba & Dedan.* Observa, Sabæos Arabes appellari à שֶׁבַע, à Seba Chusi filio. Vid. Seba.

Schichor. Vid. Sichor.  
Scipio, מִטְרָה, מִשְׁעָנָה, σκυπέλη, σκίπων. Baculus cui quis innititur. Designat præsidium, auxilium. Pf. 23. 4. *Virga tua & scipio tuus me consolabuntur.* 2. Reg. 18. 21. *Ecce confisus es scipioni arundinis quæssit isti, Ægyptii te, ô Rex Hiskia, non vindicabunt è potestate Assyriorum.* Rabsakes verba sunt. Ezech. 29. 6.

29.6. *Ægyptii fuerunt scipio arundinis domui Israelis, imbecille & fallax auxilium. Ezech. 4. 16. Contero scipionem panis.*

*Scoria, שֵׁד, σκουρία. Sordes metallorum igne consumi solitæ, quanquam metallicæ substantiæ pars videantur, quod ei adherent. Vitiorem & simulatæ pietatis imago. Ezech. 22. 18. Fuerunt mihi domus Israel in scoriam, omnes sunt æs, & stannum & ferum & plumbum in medio fornacis, scoria argenti facti sunt. Pl. 119. 119. Scorias cessare fecisti, omnes improbos terra. Esai. 1. 22. Argentum tuum factum est scoria. v. 25. Expurgabo scorias tuas. Conf. Prov. 25. 4. & 26. 23.*

*Scorpio, עקרב, σκορπιόν. Animal venenatum, aculeo in cauda pungens periculose, umbra doctoris falsi & noxii, hominisque mendacis ac pravi. Apoc. 9. 5. Et cruciatus eorum, ut cruciatus scorpionum, quum percussisset hominem. v. 10. Habebant caudas similes scorpionum. Ezech. 2. 6. Cum scorpionibus habitas.*

*Scortatio, fornicatio, זנות, זנותי, πορνεία. Adumbrat cultum idolorum & defectionem à Deo, illicitamque confederationem cum hominibus. Jerem. 3. 2. Prevaricari fecisti terram scortationibus tuis. Ezech. 16. 26. Multiplicasti fornicationem tuam. Hof. 4. 12. Spiritus fornicationum errare fecit eos. Hof. 5. 4. Spiritus fornicationis est in medio eorum. Nahum. 3. 4. Propter multitudinem scortationum. Apoc. 14. 8. Vinum ire scortationis sue. Apoc. 17. 2. Scortationis eius vino inebriati sunt incole terræ. v. 4. Immunditia scortationis sue. v. 5. Mater scortationum. Apoc. 19. 2. Quæ corrumpit terram scortatione sua.*

*Scortor, זנתי, πορνεύω. Idcirco, à Deo deficio, fedus illicitum pango, & alia re præter Deum & Christum delector ac confido. Ezech. 16. 26. Scortata es cum filiis Ægypti. v. 28. Scortata præterea es cum filiis Assur. Hof. 4. 15. Si fornicaris Israel, ne delinquat Juda. v. 18. Fornicando fornicati sunt. Hof. 5. 3. Scortatus est Ephraim. Hof. 9. 1. Fornicatus es à Deo tuo. Apoc. 2. 20. Ut scortentur. Apoc. 17. 2. Cum qua scortati sunt Reges terræ. Sic & c. 18. 3.*

*Scrutor, חקר, ἐρευνάω. Accuratè scio, penitissimè intelligo, quod serutationis est, consequens. Job. 28. 3. Et omnia ad perfectum ipse scrutatur. v. 27. Scrutatus est eam. 1. Cor. 2. 10. Spiritus omnia scrutatur, etiam profunditates Dei. Jerem. 16. 10. Ego Jehova*



scrutans cor. Apoc. 2. 23. Quod Ego sum scrutans renes & corda.  
Rom. 8. 27. Scrutans verò corda.

Scutum. Vid. Clypeus.

Seba, שבא, *Seba*. Filius Chusi, à quo Sabæi Arabes nomen  
habent. Pl. 72. 10. Reges Sebeba & Seba munus offerent, Æthiopes  
& Arabes. Esai. 43. 3. Ægyptium, Chus, & Seba.

Securis, סַרְסֵר, *securus*. Instrumentum cædendi ligna, ima-  
go exercitus, per quem Deus alium populum excindit. Matth.  
3. 10. Jam vero securis ad radicem arborum posita est, Romani à quibus  
excindemini, vos jam sub potestatem redegere. Esai. 10. 15.  
Num gloriabitur securis contra cædentem cum ea? 2. Est gladius. Jer.  
46. 22. Cum exercitu pergant, cum securibus venient, tanquam ligna  
cædentes.

Semen, זרע, *semen*. Quia in semine est virtus gignendi  
prolem, aut procreandi fruges, plantas &c. ideo notat α. Mes-  
siam, Deo Patri virtute sanguinis ac Spiritus sui numerosam pro-  
lem generantem. Gen. 3. 15. vocatur semen mulieris. Gen. 21. 12.  
In Isaco vocabitur tibi semen. Gen. 22. 18. In semine tuo sibi dicent bene.  
Gal. 3. 16. Non dicit, & seminibus, ut de multis, sed ut de uno: Et semini  
tuo, qui est Christus. β. Fratres Messie qui student multiplicare  
numerum civium regni Dei. Esai. 6. 13. Semen Sanctitatis est so-  
boles, quam Deus reddit sanctam. Esai. 53. 10. Videbit semen, fi-  
lios prolificos. Jer. 2. 21. Semen veritatis, quod veritatem Dei  
fideliter complectitur. Malach. 2. 15. Quæsitit semen Dei. Rom.  
4. 16. Ut firma sit promissio toti semini, omnibus Abrahamæ filiiis. Ga-  
lat. 3. 27. Quod si vos Christi, igitur Abrahamæ semen estis. Apoc. 12. 17.  
Abiit ut gereret bellum cum reliquis ex semine ejus. γ. Verbum divinum  
velut semen novæ generationis ex Deo. Conf. Matth. 13. 18-23  
1. Petr. 1. 23. Renati non ex semine mortali, sed ex immortali, per sermo-  
nem Dei vivi. 1. Joh. 3. 9. Semen ipsius in eo manet.

Semino, sero, זרע, *sero*. α. Laboro, operor spe præmii  
ductus. Job. 4. 8. Seminantes perversitatem metunt illam. Galat. 6. 7.  
Quicquid seminaverit homo, hoc & metet. β. 8. Nam qui seminat carnè  
sua, ex carne metet interitum: qui vero seminat spiritui, ex spiritu metet  
vitam æternam. Hof. 8. 7. Ventum seminaverunt, & turbinem metent.  
Hof. 10. 12. Seminate vobis in justitia. Jerem. 4. 3. Ne serite super spinas.  
Pl. 97.

Pl. 97. II. *Lux fata est iusto.* Justus ex operibus suis acquirit lucem, lætitiã.  $\beta$ . Verbum Dei annuncio. Matth. 13. 3. *Ecce sator exiit ad seminandum.*  $\psi$ . 27. *nonne bonum semen seminasti in agro tuo?* Esai. 32. 20. *Beati estis, qui feritis super omnem locum aquosum.* I. Cor. 9. II. *Si nos vobis spiritualia seminavimus.*  $\gamma$ . Propago, multiplico. Jerem. 31. 27. *Seminabo domum Israelis & domum Judæ semine hominis & semine pecudis.* Hos. 2. 23. *Seminabo eum mihi in terra.* A. Corpus mortuum humi condo. I. Cor. 15. 42. *Seminatur corruptioni obnoxium, excitatur incorruptum.*  $\delta$ . 43. *Seminatur ignominiosum, excitatur gloriosum: Seminatur infirmum, excitatur potens.*  $\delta$ . 44. *Seminatur corpus animale, excitatur spirituale.*

*Semita*, סְמִיטָה, סְמִיטָה,  $\sigma\mu\iota\tau\alpha$ ,  $\sigma\epsilon\mu\iota\tau\alpha$ . Notat  $\alpha$ . Institutum vitæ, consilia, actiones. Pl. 119. 9. *In quo faciet puer semitam suam puram?* Prov. 4. 14. *In semitam improborum ne intres.* Jerem. 18. 15. *Semita seculi.* Consuetudines & instituta mundi. Pl. 14. 4. *Observavi semitas dissipatoris.* Esai. 59. 8. *Semitas suas perverterunt sibi.*

*Seniores*, זְקֵנִים,  $\gamma\epsilon\pi\omicron\nu\tau\epsilon\varsigma$ ,  $\pi\lambda\epsilon\sigma\theta\upsilon\tau\epsilon\gamma\omicron\iota$ . Erant 72. Seniores populi Israelitici, qui causas minores judicabant. Hinc Seniores vocantur Ecclesiæ Antifites. Pl. 107. 32. *In cathedra Seniorum laudent eum.* Esai. 24. 23. *Coram Senioribus suis gloria.* Apoc. 4. 4. *Et super sedilia vidi viginti quatuor Seniores sedentes.* XII. Patriarchas veteris & XII. Apostolos Novi Testamenti.  $\delta$ . 10. *Prociderebant* XXIV. *Seniores ante illum.*

*Sepes*, סֵפֶס,  $\phi\epsilon\gamma\gamma\mu\delta$ ,  $\sigma\epsilon\phi\epsilon\sigma\omicron\lambda\omicron\nu$ . Sepibus bestia arcentur ab hortis & agris, ne illos vastent. Hinc ponitur pro defensione, custodia. Esai. 5. 5. *Removebo sepem ejus, patiar hostes irruere in Cananæam.* Pl. 80. 13. *Cur dirupisti sepem ejus?* Ezech. 22. 30. *Et quæsvisti ex iis virum, qui sepiret sepem.* Ezech. 13. 5. *Non sepivisti sepem super domum Israelis.*

*Sepharad*, סַפְרָד, LXX. reddunt Σαφραδι. Hebræis est Hispania. Obad.  $\delta$ . 20. *Captivitas Hierosolymorum, quæ in Sepharad.*

*Sepulcrum*, קֶבֶר,  $\tau\acute{\alpha}\phi\omicron\varsigma$ . Locus mortuorum, ponitur  $\alpha$ . pro instrumento occidendi. Psal. 5. 10. *Sepulcrum apertum guttur eorum.* Sermone suo multos seducunt & enecant. Jerem. 5. 16. *Pharetra ejus sepulcrum apertum, parata ad multos interficiendos.*

**S.** Esai. 65. 4. *Sedentes in sepulcris*, qui religionis causa apud reliquias & monumenta martyrum agunt conventus. **γ.** Esai. 14. 15. *Verum ad inferos detrahéris, ad latera sepulcri, de fastigio tuæ dignitatis præceps daberis in statum abjectissimum.* **Δ.** Matth. 23. 27. *Similes estis sepulcris dealbatis, quæ extra quidem apparent speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum.*

**Sera**, מַנְעֵרָה, κλειθρον. Instrumentum claudendi portam civitatis, domus, vel arca. Imago fidei, qua Christus in corde nostro concluditur. Cant. 5. 5. *Stillarunt digiti mei myrrha optima in ansulis seræ.* Quum cor aperui meo Liberatori, in labore meo sensi gratiam virtutemque Spiritus S.

**Serpens**, שָׂרָפָה, ὄφις. I. Cognomen Diaboli. Gen. 3. 1. *Serpens autem callidior erat omni bestia agri.* Prov. 30. 19. *Inter abscondita refert Agur viam serpentis super Petram, temeritatem Satanæ, qui ausus est Petram salutis tentare,* Matth. 4. Esai. 65. 25. *Et serpens comedet pulverem.* 2. Cor. 11. 3. *Sicut serpens ille seduxit Evam calliditate sua.* Apoc. 12. 9. *Et projectus est Draco ille magnus, serpens ille antiquus, qui vocatur Diabolus.* Apoc. 20. 2. *Et apprehendit Draconem, serpentem illum antiquum, qui est Diabolus & Satanus.* II. Notat doctorem mendacem, qui dat venenum falsæ doctrinæ. Esai. 28. 1. *Visitabit super Leviathan, serpentem tortuosum, corpus doctorum non recta docentium.* Matth. 23. 33. *Serpentes, progenies viperarum.* III. Hostem insidiantem. Gen. 49. 17. *Erit Dan serpens juxta viam.* Esai. 14. 29. *E radice serpentis egredietur basiliscus.* Vid. *Prester.*

**Servus**, עַבְדִּי, Δούλος. Cognomen Messia, qui Patri voluit in humili statu servire. Esai. 42. 1. *Ecce servus meus.* Esai. 53. 11. *Cognitione sui justus servus meus multos faciet justos.* Ezech. 34. 23. *Servus meus David.*

**Siccus**, יָבֵשׁ, Ξηρῶς. Destruo, consumo. Esai. 42. 15. *Omnem herbam eorum siccabo - - stagna siccabo.* Hof. 13. 15. *Siccabit venam ejus, siccabiturque fons ejus.* Esai. 19. 6. *Siccabuntur rivi Ægypti.* Jer. 51. 36. *Siccabo mare ejus.* Numerum incolarum minuam, quam & propriè de exiccatis fluminibus intelligi potest. Prov. 17. 22. *Spiritus tristis exsiccat ossa.* Apoc. 16. 12. *Et siccata est aqua ejus, Euphratis.*

*Sichor,*

*Sichor*, שיחור, σιχόρ. Nilus, vel Nili ostium, nomen habens ab aquis nigris, i. e. turbidis. Esai. 23. 3. *Et in aquis multis semen Sichor.* Jer. 2. 18. *Quid tibi in viâ Ægypti, ut bibas aquas Sichor? Cur in Ægyptiis fiduciam ponis?*

*Sidon*, צידון, סידון. Civitas Phœniciaë magna ad mare sita, opulenta, à Sidone Canaanis filio condita, tribui Asseris attributa, sed quæ incolas non expulit. Sidonii Coccejo designant Tyri mysticæ sectatores, qui Romanæ Hierarchiæ dominatum fovent, & spiritualement negotiationem in lucrum suum convertere satagunt. Esai. 23. 2. *Silete habitatores insule, tu negotiator Sidonie.* v. 4. *pudeat te Sidon.* v. 12. *Oppressa virgo filia Sidonis.* Ezech. 27. 8. *Habitatores Sidonis & Arvadi fuerunt remiges tibi.* Conf. Zach. 9. 2.

*Sigillum*, חותם, σφραγίς. Instrumentum rei confirmandæ, custodiendæ, concludendæ & occultandæ. Ita circumcisio vocatur *sigillum justitiæ fidei*, Rom. 4. 11. *Quia confirmabat Abrahamo Dei promissionem de justitiâ per fidem in Messia impetranda.* 1. Cor. 9. 2. *Sigillum Apostolatus mei vos estis Domino.* Vestra conversio per meum ministerium probat, me à Deo esse vocatum ad regnum Christi propagandum. 2. Tim. 2. 19. *Solidum stat Dei fundamentum, habens sigillum hoc: novit Dominus qui sint sui.* 3. Apoc. 5. 1. *Librum obsignatum sigillis septem, concludentem occulta fata Ecclesiæ septem temporum certo implenda.* v. 2. *Quis est dignus qui aperiat librum, & solvat ejus sigilla?* qui revelet eo contenta. 2. Apoc. 7. 2. *Et vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis, habentem sigillum Dei vivi, ad electos Dei servos discernendos & custodiendos.* Vide *Annulus Signatorius, obsigno.*

*Silentium*, חרש, רומיוה, שתיקה. Tristitiæ & admirationis argumentum. Apoc. 8. 1. *Et quum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cælo dimidia fere hora.* Uti altissimum erat in templo Hierosolymitano silentium, quum suffitus offerrentur, quod semihorii fere spatium fiebat: Sic in Ecclesia N. T. septimo vel ultimo tempore, dum fiunt ad Deum ardentes preces pro liberatione servorum Dei, & destructione hostium, Deus ad breve tempus silebit, neque exaudiet statim vota nostra: & dum auxilium Deus differt, adventumque regni gloriosi Jesu Christi, Ecclesia ipsa in silentio causam suam Deo commendabit, anxia de-

fuis periculis, & stupens felicitatem hostium, ac patienter sine obmurmurationibus expectans liberationem. Vid. Clariss. Braunii Disput. de Sigillo VII.

*Sileo, taceo, שָׁמַט, שָׁחַט, σιγῆος.* I. Silere dicitur Deus quando ad preces nostras non respondet, vel tardat opus notabile producere, ut punire malos, liberare bonos. Pl. 50. 3. *Veniet Deus noster, & non silebit.* v. 21. *Hæc fecisti & tacui.* Pl. 28. 1. *Ne taceas à me, ne sileas à me.* Pl. 35. 22. *Vidisti Jehova, ne sileas.* Pl. 83. 2. *Deus ne silentium tibi, ne taceas.* Esai. 57. 11. *Nomme ego tacui & à seculo, ideo me non timuisti.* Esai. 42. 14. *Tacui à seculo, silui.* Esai. 65. 6. *Non silebo, sed reddam.* II. Silere dicuntur homines quum in extremis versantes malis, patienter expectant auxiliatricem Dei manum, neque Deo obmurmurant. Pl. 37. 7. *Sile Jehovæ, & spera in eo.* Pl. 39. 3. *Obmutui silentio, tacui à bono.* Etiam bona elocutus non sum, stupens improborum felicitatem. v. 10. *Obmutui, non aperiam os meum, quia tu fecisti.* Pl. 62. 6. *Tantum Deo tace aniana mea.* Lament. 3. 26. *Bonum est, & expectet, & sit silens in salute Jehovæ.* v. 28. *Manebit solitarius, & tacebit, quia portavit super se.* v. 29. *Ponet in pulvere os suum, si forte sit spes.* Amos. 5. 13. *Prudens illo tempore tacebit, quia tempus malum est.* Zeph. 1. 7. *Tace à facie Domini Jehovæ, quia prope est dies Jehovæ.*

*Sin, סִין, LXX. σιν.* Urbs Ægypti, Bôcharto Pelusium, cui nomen fecit πλὸς lutum, teste Strabone, erat enim lutosis cinctum paludibus. Lutum vero Chaldaus סִין, & Syrus Interpres סִינַי reddit. Ezech. 30. 15. *Effundam iram meam super Sin, robur Ægypti.* v. 16. *Dolendo dolebit Sin.* à Sine appellantur סִינַי Sinæi, Pelusiotæ. Esai. 49. 12. *Ecce isti è longinquo venient, & ecce illi ab aquilone, & occidente, alii vero de terrâ Sinim.* Hieronymus & Hebræi rectè observant, in hoc versu describi quatuor mundi plagas. Aquilo & occasus expressè nominantur. E longinquo מִרְחֹק, i. e. ex oriente, quia terra Israelis ab oriente remotior est, & magis ad occasum vergit. Ita Kimchius. Denique è terra Sinæorum, i. e. מִתְּרַץ דְּרוֹמַי è terra australi, ut habent Jonathan & Hieronymus. Nempe Ægyptus & Pelusium sunt ad austrum terræ Chanaan, Bochart. Phaleg l. 4. c. 27.

*Sinapi, σινάπι.* Herba cujus semen minimum producit arborem

borem ingentem. Imago regni cœlorum, quod ex parvulis iniitiis maxima facit incrementa. Matth. 13. 31. *Simile est regnum cœlorum grano sinapis.* Conf. v. 32. Tremellius ad h. l. è Thalmude Hierosolymitano memorat, quendam Simonem habuisse in prædio suo plantam sinapis tantæ magnitudinis, ut ipse in summitatem ramorum ejus potuerit conscendere, velut in ficum. Alium item de alia retulisse sinapis planta, cujus tres fuerint rami, quorum unus incurvatus umbraculum fecerit figulis ætate sub ea operantibus.

*Sinus*, סין, סין, סין, σιν, In sinu est, vel geritur, qui maxime diligitur, & nobis intime familiaris est. Joh. 1. 18. *Filius, qui in sinu Patris est, nobis revelavit.* Esai. 42. 11. *Brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo portabit.* Esai. 49. 22. *Portabunt filios tuos in sinu.* Mich. 7. 5. *Ab ea quæ cubat in sinu tuo, custodi ostia oris tui.* Luc. 16. 22. *Asportabatur ab Angelis in sinum Abrahe.* Esai. 65. 6. *Rependam in sinum eorum, ut sentiant intimé.* Conf. Jerem. 32. 18. β. Ps. 74. 11. *E sinu tuo plene educ. manus tuas.* Ne porro otiosus spectata hostium grassationes, sed extende manus tuas ad nos juvandos. Otiosi manus in sinu gestare solent, Vid. *Gremium*. γ. Eccles. 7. 10. *Ira in sinu stultorum quiescit.*

*Sion*, ציון, σιών. Mons in septentrionali urbis Hierosolymorum parte situs, in quo arx regia & templum Dei stabant. Sumitur α. de templo. Jerem. 51. 10. *Veniamus & narremus in Sione opus Jehovæ Dei nostri.* Agamus in templo gratias Deo pro nostra per Cyrum liberatione, & Babelis occupatione. Lament. 5. 18. *Propter montem Sionis, quod desolatus sit.* Mœsti sumus ob excidium templi. Ps. 137. 3. *Cantate nobis de cantico Sionis.* Canite carmina, quæ in templo vestro olim canere soliti eratis. β. De urbe Hierosolymorum. Ps. 87. 2. *Diligit Jehova portas Sionis præ omnibus habitaculis Sionis.* v. 5. *Et Sioni dicetur, vir & vir natus est in ea.* Doctrina quæ ex Hierosolymis propagatur, gentes convertentur, & relictiis idolis fient incolæ civitatis Dei. Mich. 1. 13. *Principium peccati fuisti filia Sionis.* Mich. 4. 11. *Aspiciet in Sione oculus noster.* Lætabimur videntes excidium Hierosolymorum. Esai. 3. 16. *Elevata sunt filia Sionis.* v. 17. *Decalvabit Dominus verticem filiarum Sionis.* Jerem. 4. 6. *Attollite vexillum in Sione.* Jerem. 9. 19. *Vox lamen-*

lamentationis audita est de Sione. Jerem. 14. 19. Num Sionem abominata est anima tua? Joel. 2. 1. 15. Clangite tuba in Sione. 7. De illa urbis parte, in qua templum & ædes regie fuerunt, nam distinguitur sæpe Sion ab Hierosolymis. Mich. 3. 12. Sion ager arabitur, & Jerusalem erit acervi. Zach. 1. 14. Zelo Hierosolymas & Sionem Zelo magno. 7. 17. Consolabitur Jehova adhuc Sionem, & eliget adhuc Hierosolymas. Esai. 2. 3. E Sione exiit lex, & verbum Jehovæ de Hierosolymis. Pl. 51. 20. Benefac in benevolentia tua Sioni, ædifica muros Jerusalem. Sic orat David, prævidens urbis destructionem per Chaldæos & Romanos. A. De Ecclesia Novi Testamenti cum ex Judæis tum ex aliis gentibus constante. Pl. 48. 3. Pulcher regione, gaudium universe terra mons Sion. Pl. 2. 6. Constitui Regem meum super Sionem montem meum sanctum. Pl. 97. 8. Audivit & letata est Sion. Esai. 24. 23. Regnavit Dominus exercituum in monte Sionis, & in Jerusalem. Esai. 28. 16. Ecce ego fundo in Sione lapidem. Esai. 49. 14. Dicit autem Sion, Jehova me dereliquit. Zach. 9. 9. Exulta filia Sionis, letare filia Jerusalem. Joel. 2. 32. In monte Sionis & Jerusalem erit evasio. Hebr. 12. 22. Accessistis ad montem Sionis. Apoc. 14. 1. Ecce Agnus stans super montem Sionis. Esai. 60. 14. Vocabunt te civitatem Jehovæ, Sionem sancti Israelis. Esai. 62. 11. Dicite filia Sionis: Ecce salus tua venit. Zephan. 3. 14. Lauda filia Sionis. 7. 16. Ne timeas Sion. e. De Judæis, qui prælitum in carne Messiam receperunt. Esai. 61. 3. Ut ponerem lugenibus Sionis daremque eis gloriam pro cinere. Esai. 62. 1. Propter Sionem non tacebo. 5. De reliquiis Judæorum, qui ante mundi finem Jesum Christum adorabunt. Esai. 59. 20. Veniet ad Sionem Redemptor. Rom. 11. 26. Et ita totus Israel servabitur, sicut scriptum est: Veniet de Sione Liberator ille, & avertet impietates à Jacobo.

Siticulosa, terra, **יְרוּשָׁלַיִם**, *Ἱερουσαλὴμ*. Regio quæ aquis Evangelii & Spiritus S. non irrigatur. Esai. 35. 7. Siticulosa in scatebras aquarum. Pl. 107. 33. Et scaturigines aquarum in siticulosam. Pl. 63. 2. Desiderat te caro mea in terra arida & sitibunda, in qua non est aqua.

Sitio, **יָדָה**, *ἰδέω*. I. Vehementer cupio. Psal. 42. 3. Sitit anima mea Deum. Pl. 62. 2. Sitit te anima mea. Esai. 32. 6. Et potum sitientis desicere faciat. Esai. 55. 1. Heus omnis sitiens. Matth. 5. 6. Beati esurientes & sitientes justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Joh. 7. 37. Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Apoc. 21. 6. Ego sitienti dabo

dabo ex fonte aqua vite gratis. Apoc. 22. 17. Sitiens veniat, & volens accipiat aquam vite gratis. II. Careo aquis salutaribus Evangelii & Spiritus S. Esai. 44. 3. Effundam aquas super sitientem. Esai. 49. 10. Non esurient neque sitient. Pl. 107. 5. Fames, etiam sitientes. Joh. 4. 14. Quisquis autem biberit ex aqua illa, quam ego ei dabo, non sitiet in eternum. Deut. 29. 19. Ad addendum irriguam cum sitiente, ad confundendum statum N. T. in quo bona Dei abundant ex praestito Messia, cum statu V. T. ubi fideles sitiunt positi in fovea in qua non est aqua. Joh. 6. 35. Qui credit in me, non sitiet unquam. Apoc. 7. 16. Non esurient amplius, neque sitient. Esai. 65. 13. Ecce servi mei bibent, vos autem sitietis.

Sitis, *צמא*, *צמא*. Carentia aquae salutaris. Amos. 8. 11. Mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquae, sed audiendi verba Jehovae. *צ. 13.* Die illa deficient virgines pulchrae, & juvenes, praesiti. Esai. 5. 11. Multitudo ejus arida siti, carebunt solatio verbi divini. Jer. 2. 25. Prohibe guttur tuum a siti. Cave, ne in sitim incidas, in penuriam consolationis. Ezech. 19. 13. Nunc autem plantata est in deserto, in terra arida & sitis. Abducta in Babyloniam, ubi solatio carent. Hof. 2. 3. Ne enecem eam siti.

Smaragdus, *ספיר*. Secundum Onkelos & Belgas Hebraice *ספיר*, quae gemma est prima secundi ordinis in pectorali Aaronis, Exod. 28. 18. Vulgato & Graecis ad *צ. 17.* *ספיר*, aliter tamen ad Ezech. 28. 13. De Smaragdo audiatur Plinius ex hist. nat. l. 37. c. 5. Tertia auctoritas Smaragdis perhibetur pluribus de causis. Nullius coloris aspectus jucundior est. Nam herbis quoque virentes frondesque avide spectamus. Smaragdos verò tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret. Praeterea soli gemmarum contuitu oculos implent nec satiant. Quin & ab intentione alia obscurata, aspectu Smaragdi recreatur acies. Scalpentibusque gemmas non alia gratior oculorum refectio est: ita viridi lenitate lassitudinem mulcent. Apoc. 4. 3. In circuitu solii erat iris adspectu similis Smaragdo. Viridis color iridis circa solium Christi notat gratiae & regni ipsius perpetuam constantiam. Apoc. 21. 19. Fundamentum quartum Smaragdus.

Smyrna, *סמירנה*. Urbs Joniae in Asia minori. Angelus cœtusque Smyrnenensis sunt imago Ecclesiae secundi temporis à Domitiano ad Constantinum M. Licinii victorem: cujus Ecclesiae



character est fortissima patientia in tolerandis propter Evangelium Christi suppliciis. Conf. Apoc. 2. 8 - 11. Labet subjicere quæ habet Morus: Ecclesiæ in Smyrna intervallum est à decimo Neronis annove Christi sexagesimo tertio, usque ad annum Christi trecentessimum vigesimum quartum, ubi Constantinus Magnus, fervidus Christianitatis professor, ejus pariter ac sui ipsius potentissimos adversarios bello devicerat. Tunc enim Ecclesia excitata est è pulvere (vel potius ex cæno sanguineque in quos conculcata erat per decem crudelissimas persecutiones) incepitque esse Ecclesia in *παραύω* in sublimitate & exaltatione, juxta illius vocabuli significationem. Verum in hoc afflictionum suarum ac Martyriorum intervallulo Ecclesia revera erat in Smyrna. *Σμύρνα* enim & *μύρρα* idem sunt, Myrrhamque significant. Quæ sive plantam ipsam respicias, quæ in locis arenosis, aridis incultisq; oritur, ipsaque aspera est & spinosa, spiculisque foliis horrida, sive ipsum gummi arboris, quod mordax est & amarulentum gustui, ipsumque nomen inde in lingua Syriaca sortitum est *מרמר* quia amara, quemadmodum Martinus notavit, admodum profecto significans est hujus intervalli Ecclesiæ quod succedit, quo horribiles illa Paganicæ persecutiones adversus Christianos excitate comprehenduntur. Ita ut Smyrna amaram afflictionem & persecutionem Ecclesiæ significet. Quemadmodum magna illa stella lampadem referens nominata absinthium funestam Occidentalis Casareatus calamitatem denotat. Quibus addere potes Smyrnæ, hoc est Myrrham præcipuam pollinctorum partem fuisse in condiendis defunctorum corporibus. Quod iterum multa illa funera respicit, vel potius lanienas & Martyria Membrorum Christi per ingruentes istis temporibus persecutiones mox eventura. Præterea quatenus Myrrha corpus à corruptione conservat, symbolum esse potest Memoriarum Martyrum omni posteritati consecrandarum. Ut præmittam ipsorum corporum conservationem, quas reliquias appellant; quanquam hæc quidem allusio nullus prætextus esse potest abusu in his rebus repertorum. Et postremo, allusio hæc ad Myrrham, adhuc magis emphatica est, ex eo quod corpus Servatoris fidelis illius testis sive Martyris, quemadmodum se appellat, post Martyrium in cruce peractum, Myrrha conditum esse dicitur Job. 19. vs. 39. Oper. Theologic. p. 790. Accurate omnia, nisi quod Neroniana tempora malimus periodo primæ attribuere, & secundam à Domitiano inchoare.

*Sodoma*, *סודומ*, *σδομα*. Metropolis X. vel secundum alios XIII, opidorum, quæ in Asphaltite lacu submersa sunt, in

amœnissimo sita loco, sed propter facta incolarum crimina cœlesti igne deleta, typus Romæ. Apoc. 11. 8. *Et cadavera eorum jacebunt in plateis urbis magnæ, quæ spiritualiter vocatur Sodoma.* Deut. 32. 32. *Ex vite enim Sodomæ est vitis eorum.* Deinde & proceres ac cæteri incolæ Judææ Sodomitis comparantur. Esai. 1. 10. *Audite Principes Sodomæ verbum Jehovah.* Jerem. 23. 14. *Fuerunt mihi universi ipsi ut habitatores Sodoma.* Conf. Esai. 3. 9. Ezech. 16. 46. seqq.

**Sol,** יָרֵחַ, שֶׁשׁ, הַלֵּל. Luminare magnum diem efficiens, creatum quarto die. α. Imago Christi, qui est lux mundi. 2. Sam. 23. 1. *Et sicut luce matutina splendet sol.* Sol justitiæ veniet cum luce, ut Sol oriens affert lucem matutinam post spissas noctis tenebras. Malach. 4. 2. *Orietur autem vobis timentibus nomen meum Sol justitiæ.* Esai. 60. 20. *Non occidet ultra sol tuus,* Christus porro non occultabitur à tuis oculis. Pl. 84. 12. *Sol & scutum Jehovah Deus.* Esai. 30. 26. *Lux solis erit septupla sicut lux septem dierum.* Septimo & ultimo tempore Christus noscetur perfectius & latius quam antea. Apoc. 1. 16. *Et facies ejus qualis Sol in suo vigore lucet.* Apoc. 8. 12. *Et quartus Angelus clamavit & percussa est tertia pars Solis.* Obscurata per Antichristum doctrina de Sole justitiæ. Apoc. 10. 1. *Facies ejus ut Sol.* Apoc. 12. 6. *Mulier amicta Sole,* Ecclesia Judaica illustrata luce gratiæ per Solem justitiæ. β. Imago Antichristi & Hierarchiæ suæ, qui se venditant luminare esse cœli Ecclesiastici, unde lumen veritatis oporteat petere. Innocent. III. in Epist. ad Imperator. Constantinop. *Præterea posse debueras, quod fecit Deus duo magna luminaria in firmamento cœli: luminare majus, ut præesset diei: & luminare minus, ut præesset nocti: utrumque magnum, sed alterum majus. Ad firmamentum igitur cœli, hoc est, universalis Ecclesiæ, fecit Deus duo magna luminaria, id est, duas instituit dignitates, quæ sunt pontificalis auctoritatis & Regalis potestas. Sed illa, quæ præest diebus, id est, spiritualibus, major est: quæ verò carnalibus, minor: ut quanta est inter Solem & lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoscatur. Hæc autem si prudenter attenderet Imperatoria celsitudo, non faceret, aut permetteret Constantinopolitanum Patriarcham, magnum quidem & honorabile membrum Ecclesiæ, juxta scabellum pedum suorum in sinistra parte sedere: cum alii Reges & Principes, Archiepiscopis & Episcopis suis (sicut debent) reverenter assurgant, & eis juxta se venerabilem*

sedem assignent. Decret. Gregor. l. 1. c. 33. cap. VI. Esai. 24. 23. *Pudore afficietur Sol.* Apoc. 6. 12. *Et Sol factus est niger ut saccus cilicinus.* Doctor mendax non amplius habetur pro sole, vel lumine mundi. 7. *Astus Solis designat calamitates & miserias.* Pf. 121. 6. *Per diem Sol non percutiet te.* Cant. 1. 6. *Sol me conspicatus est.* Esai. 49. 10. *Neque percutiet eos astus, aut Sol.* Matth. 13. 6. *Sole autem exorto torrefacta sunt.* 7. 21. *Orta oppressione, vel persecutione propter sermonem statim offenditur.* Apoc. 17. 16. *Nec in eos incidet Sol, neque ullus astus.* A. *Occasus Solis est amissio felicitatis & gaudii.* Jerem. 15. 9. *Occidit Sol ejus quum adhuc esset dies.* Mich. 3. 6. *Occumbetq; Sol super profetas ipsos, & obtenebrescet super eos dies.*

*Solitarius, Solus, בודד, גרמור, יחיד, μονοτερον, μεμονωμενος, μονος.* a. *Desertus, quem nemo curat.* Pf. 22. 21. *Erue à gladio animam meam, e manu canis Solitariam meam, animam meam undiquaque derelictam.* Pf. 35. 17. *Eripe -- Solitariam meam à leonibus.* Pf. 68. 7. *Deus habitare facit Solitarios in domo.* Solitarii qui nec uxores, nec liberos habent, qui ab omnibus deseruntur & propelluntur. -- Apostolis vagantibus per totum mundum, expulsis à Judæis, dedit domus, cætus, urbes, populos, regna, Ecclesiæ fugienti in desertum præparatus fuit locus in quo aleretur, *Coccejus.* Esai. 49. 21. *Et dices in corde tuo, quis peperit mihi hos, quum ego sim orbata & Solitaria.* -- ecce ego remanseram sola, & hi ubi erant? *Coccejo sunt verba Ecclesiæ sub Reformationem.* Pf. 102. 8. *Vigilo, & sum sicut passer Solitarius super tectum.* 3. Hof. 8. 9. *Israel -- onager solivagus sibi, qui vinculis federis constringi non vult.* Ex mente Cocceji Holesas Regem Achazum comparat onagro solitario propter incoercitum impetum consilii proprii, quum spreto consilio Dei per Esaiam proposito Esai. 7. quasi Deum aut pastorem non haberet, suo solius consilio nixus Assyrium muneribus pellexit ad sibi succurrendum, 2 Reg. 16. 7.

*Solitudo, ישימון, שמו, שממו, ἐρημο, ἐρημοις, ἐρημια.* *Locus incolis vacuus.* Esai. 5. 9. *Domus multe fiet solitudo.* Hof. 5. 9. *Ephraim fiet solitudo.* Pf. 46. 9. *Qui posuit solitudines in terra. Qui delevit nualtarum regionum incolas.* Esai. 62. 4. *Terra tua non appellabitur amplius solitudo.* Jer. 50. 12. *Ecce extremum gentium desertum, arida & solitudo.* Pf. 68. 5. *Aggerate equitanti in solitudinibus.*

bus. Parate viam Christo procedenti per regiones steriles, & destitutas filiis Dei. Pl. 107. 4. *Errarunt in deserto, in solitudine via.*

**Solium**, סֵדֵן, ἑδών. Sella regia. I. Argumentum regiae potestatis Dei & Christi. Esai. 66. 1. *Caelum solium meum, in caelo & è caelo meam patefacio majestatem.* Jerem. 3. 17. *Illo tempore vocabunt Hierosolymas solium Jehova, Jehova Rex in ista urbe conspicietur.* Apoc. 3. 21. *Si quis vicerit, dabo ei sedere mecum in folio meo, ut & ego vici, & sedeo cum Patre meo in folio ejus.* Zachar. 6. 13. *Sedebitque ac dominabitur in folio suo: erit quoque Sacerdos in folio suo.* Jerem. 17. 12. *Solium gloriae celsitudo praë priori locus sanctuarii nostri.* Sanctuarium nostrum non manu factum est solium templo gloriosius & excelsius. Descriptio caeli, quod & alibi vocatur solium. Job. 26. 9. *Firmat faciem solii. Jehovæ in caelis est solium.* Pl. 45. 7. *Solium tuum, Deus, in seculum & seculum.* Pl. 89. 5. *Aedificabo in generationem & generationem solium tuum.* Ezech. 1. 26. *Aspectus lapidis sapphiri similitudo solii.* Dan. 7. 9. *Solium ejus flamma ignis.* II. Sedes Imperatorum paganorum, ut & Antichristi, qui regiam Christi in Ecclesia potestatem usurpat satanae mandato. Pl. 94. 20. *An sociabitur tibi solium perversitatum, formans iniquitatem decreto?* Apoc. 2. 13. *Habitas ubi est solium satanae.* Apoc. 13. 2. *Dedit autem Draco ei virtutem suam & solium suum.* Apoc. 16. 10. *Tum quintus Angelus effudit phialam suam super solium bestiae.* III. Signum Regiae dignitatis Sanctorum. Dan. 7. 9. *Videbam donec throni sunt positi.* Apoc. 20. 4. *Et vidi thronos, & sedebant super eos, & judicium datum est eis.* Coccejus interpretatur de Cathedris Episcoporum auctoritatem & potestatem judicandi in Ecclesia nactorum.

**Somnium**, חֲלוֹם, ἑνύπνιον. Quia sanctis olim Deus per somnia revelavit voluntatem suam, ideo ponitur pro cognitione decretorum Dei. Joel. 2. 28. *Senes vestri somnia somniabunt.* Senes attendentes ad scripturas profeticas V. & N. T. videbunt, quid Deus faciat in mundo, ut olim profetae in somniis: & ita monebuntur à Deo, ut prudenter agant, & prudentia consilia dare possint, Coccejus.

**Somnus**, שֵׁנָה, ὕπνος. a. Mors. Jerem. 31. 26. *Evigilavi & vidi, & somnus meus suavis mihi exiit.* Resurrexi & discipulos meos morte mea tristes inveni, recreavitque me toleratae mortis

memoria. Verba Christi. Joh. 11. 11. Lazarus amicus noster dormit, sed proficiscor, ut à somno excitem eum. v. 13. Hoc autem dixerat de ipsius morte. Job. 14. 12. Non evigilabunt nec expergiscuntur à somno suo. Jer. 51. 39. Ut dormiant somnum sempiternum, nec evigilent. β. Secutum peccandi studium, mors in peccato. Rom. 13. 11. Perspecta opportunitate quod tempestivum jam sit nos à somno expergisci. Esai. 29. 10. Operuit vos Jehova spiritu soporis. Vid. Dormio.

Sopor, סוּפּוֹר, ἕκστασις, κατάνυξις. Stupor, privatio sensuum. Dan. 8. 18. In sopore eram super faciem meam, jacebam attonitus & privatus sensibus facie in terram versa. Esai. 29. 10. Fudit in vos Dominus spiritum soporis.

Sordes, סוּדוֹס, ῥυπαρία, ῥύπον. Peccatum, Jacob. 1. 21. Quapropter abicientes omnes sortes. Prov. 30. 12. Generatio quæ munda est in oculis suis, & à sorde sua non est abluta.

Sordidus, סוּדוּד, ῥυπαρός. Peccatis maculatus. Zach. 3. 3. Josua erat indutus vestibus sordidis. v. 4. Auferte vestimenta illa sordida ab eo. Apoc. 22. 11. Qui sordidus est, sordescat adhuc.

Soror, אֲחֵיכֶם, ἀδελφή. I. Epitheton Ecclesiæ habentis eundem cum Christo patrem cœlestem. Cant. 4. 9. Vulnerasti cor meum, Soror mea Sponsa. v. 12. Hortus conclusus Soror mea Sponsa. Cant. 5. 1. Veni ad hortum meum, Soror mea. v. 2. Aperi mihi Soror mea. Cant. 8. 8. Soror est nobis parvulus. Sunt quidam fideles eundem habentes Patrem Deum, sed exigua adhuc cognitione præditi, parvulorum instar. Coccejus ad h. l. Varii sunt fratres parvuli. Sunt enim qui adhuc in Papatu hærent, tenentes principium & fundamentum, ignorantes doctorum suorum dolum, & Ecclesiæ Reformatæ fidem: Sunt alii consortes fidei & confessionis eorum qui ex papatu egressi sunt. Matth. 12. 50. Quisquis enim fecerit, quod vult Pater meus, qui est in cœlis, is est meus frater, & soror, & mater. II. Turbæ improbæ habentis eundem patrem, Satanam. Ezech. 16. 46. Soror autem tuâ major Samaria ipsa est, & filia ejus, quæ habitat ad sinistram tuam; Soror autem minor te, quæ habitat à dextera tua, est Sodoma & villa ejus. v. 49. Ecce ista fuit iniquitas sororis tuæ, Sodoma.

Sors, סוּרְסוּר, κληρονομία. I. Hereditas statuto Dei attributa. Coloss. 1. 12. Idoneos fecit nos ad participandum sortem sanctorum in luce. Act. 26. 18. Ut remissionem peccatorum & sortem inter sanctificatos accipiant

pian per fidem in me. II. Ex opposito fors malorum est definita eorum pœna. Esai. 17. 14. *Hæc est pars prædantium nos, & fors diripientium nos.* Jer. 13. 25. *Hæc fors tua, & portio mensurarum tuarum, dispersio.* Spargo,  $\text{פָּרַס}$ ,  $\text{σπαρῖζω}$ . aliis communico. Proverb. 15. 7. *Labia sapientum spargunt scientiam.* Prov. 5. 16. *Spargant sese fontes tui foras. Opes tuas aliis communices.*

Speculator,  $\text{פְּסָל}$ ,  $\text{Ἰσχυροῦς}$ ,  $\text{σπασίς}$ . Esai. 56. 10. *Speculatores illorum cæci.* Ezech. 3. 17. *Speculatorem te dedi domui Israelis.* Jer. 6. 17. *Constitui præterea super vos speculatores.* Mich. 7. 4. *Dies speculatorum tuorum.* Esai. 52. 8. *Vox speculatorum tuorum.* Intelliguntur populi Antisites, sacri præsertim, quorum est officium, ut quid faciat quisque, diligenter observent.

Speculor,  $\text{פָּסַל}$ ,  $\text{σπαρῖζω}$ ,  $\text{Ἰσχυροῦς}$ . α. Accuratè considero, observo. Prov. 15. 3. *In omni loco oculi Dei speculantur malos & bonos.* Ps. 66. 7. *Oculi ejus in gentibus speculantur.* Hos. 9. 8. *Speculans Ephraim apud Deum meum.* β. Insidior. Ps. 37. 32. *Improbis speculatur justum.*

Spina,  $\text{קַדְדָּן}$ ,  $\text{קַדְדָּן}$ ,  $\text{סִר}$ ,  $\text{צַנְוִי}$ ,  $\text{τεῖβελος}$ ,  $\text{ἀκανθα}$ . Spina non modo nullos ferunt fructus, sed & pungunt ac vulnerant, impediuntque frugum proventum. Figura rerum noxiarum, hominum improborum, scelerum. Mich. 7. 4. *Optimus eorum ut spina.* Ezech. 2. 6. *Rebelles & spina tecum, & cum tribulis habitas.* Prov. 22. 5. *Spina laquei in via perversi.* Jerem. 4. 3. *Ne serite super spinas.* Matth. 13. 7. *Alia vero ceciderunt in spinas & ascenderunt spine, & suffocarunt ea.* v. 22. *Qui vero in spinas, semen excepit, is est, qui sermonem audit; sed sollicitudo hujus seculi, & fallacia divitiarum suffocat sermonem, & fit infructuosus.* Esai. 33. 12. *Eruntque populi incendia calcis, spine excise igni comburentur.* Cant. 2. 2. *Rosa inter spinas.* Esai. 55. 3. *Pro spina ascendet abies.*

Spiritus,  $\text{רוּחַ}$ ,  $\text{σπῆμα}$ . Doctor actus à spiritu sive bono sive malo. 1. Timoth. 4. 1. *Spiritibus deceptoribus attendentes.* 1. Joh. 4. 1. *Ne cuius spiritui credite, sed probate spiritus, an ex Deo sint. Nani multi profetæ falsi exierunt in mundum.* v. 2. *Ex hoc cognoscite spiritum Dei: quicumque spiritus confitetur, Jesum Christum venisse in carne, ex Deo est.* v. 3. *At quicumque spiritus non confitetur, Jesum Christum in carne venisse.* v. 6. *Ex hoc cognoscimus spiritum veritatis, & spiritum*

erro-

erroris. Apoc. 16. 13. *Et vidi ex ore Draconis, & ex ore bestie, & ex ore falsi illius profetae tres impuros spiritus similes ranis.* v. 14. *Sunt enim spiritus Daemonum, edentes signa, qui abeunt ad reges terrae & totius mundi, ut congregent eos ad praelium magni illius diei Dei omnipotentis.* Wefelius intelligit Franciscanos, Dominicanos & Jesuitas, qui Reges incitent ad bellum Turcis inferendum, quanquam & subicit tres dici posse, quia à tribus legentur Dominis: atque phialæ sextæ præsentem tribuit aetatem ab anno 1666. usque ad 1723. sive 1657. usque ad 1712. Coccejus: *Quia ex trium ore exit spiritus, ideo tres spiritus dicuntur, vel quia triplex operatio est, juxta qualitatem trium à quibus exeunt, tanquam ex suis domibus.* Draconi convenit spiritus homicidii, bestie spiritus cupiditatis rerum temporalium, pseudoprofeta spiritus mendacii & falsæ doctrinæ cum omni artificio ejus incrustandæ. Conf. Zach. 13. 2. *Etiam profetas & spiritum impuritatis ejiciam è terra.*

Spolium, *שׁוּלְיָן*, *σπίλον*. Notat homines, quos Christus & Ecclesia Diabolo eripit. Pl. 68. 13. *Habitatrix domus dividet spolia.* Ecclesia est domum recepta à Deo, & fruïtur omnibus deliciis domus ejus. Neque Regum instar procedit in campum, dimicatura armis carnalibus & copiis adversus copias Satanæ, sed manet domi rerum suarum satagens, & Deus pro illa pugnat & fugat Reges. Spolia Ecclesiæ sunt, qui fuerant captivi Satanæ, & liberantur ex ejus laqueis & potestate, Coccejus. Esai. 49. 24. *An tolletur præda à robusto?* v. 25. *Etiam præda robusti evadet.* Es. 53. 12. *Cum robustis dividet spolia.* Luc. 11. 22. *Postquam vero quispiam eo validior invadens vicerit illum, totam armaturam ejus aufert, qua confidebat, & spolia ejus distribuit.*

Sponsa, *כַּתּוּבָה*, *νύμφη*. Cognomen Ecclesiæ quam Christus sibi despondit sedere gratiæ. Cant. 4. 8. *Mecum de Libanon, ô sponsa, mecum de Libanon venias.* v. 9. 10. *Soror mea sponsa.* v. 11. *Favum stillant labia tua, ô sponsa.* v. 12. *Hortus conclusus soror mea sponsa.* Esai. 62. 5. *Est gaudium sponso super sponsam, gaudebit super te Deus tuus.* Apoc. 21. 2. *Descendentem à Deo è cælo, paratam ut sponsam, ornatam viro suo.* v. 9. *Veni, ostendam tibi sponsam uxorem Agni.* Apoc. 22. 17, *Et Spiritus & Sponsa dicunt: Veni.* Vid. Uxor.

*Sponsalia*, כִּתּוּבֵי הַחֻמֶּת, νύμφευσις. *Receptio in fedus Dei & amicitiam Christi.* Cant. 3. 11. *Qua coronavit eum mater sua die sponsaliorum ejus.* Die quo populus Judaicus Christo dedit fidos affectas. Jerem. 2. 2. *Recordatus sum -- charitatis sponsaliorum tuorum.*

*Sponsus*, חָתָן, νύμφος. *Cognomen Christi, qui Ecclesiam sibi copulavit.* Matth. 9. 15. *Nun possunt filii conclavis nuptialis legere, quamdiu cum eis est Sponsus? aderunt autem dies, quum tolletur ab eis Sponsus, & tunc jejunabunt.* Matth. 25. 1. *Tunc erit simile regnum cælorum decem virginibus, quæ sumtis lampadibus suis prodierunt in occursum Sponsi.* v. 5. *Tardante vero Sponso, nictarunt omnes.* v. 6. *Media autem nocte clamor ortus est: Ecce sponsus venit.* v. 10. *Quum autem irent emtum, venit sponsus.* Joh. 3. 29. *Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.* Conf. Hos. 2. 19. *Et desponsabo te mihi in justitia & judicio, & misericordia, & miserationibus.* v. 20. *Et desponsabo te mihi in fide, & cognosces Jehovam.* Et Papa se vocat Ecclesiæ sponsum, l. 6. decret. tit. 6. c. 3.

*Spurius*, זָרָא, ὁ ἐκ πένης. *Ponitur pro homine incertæ & vilis originis.* Zach. 9. 6. *Spurius habitabit in Azoto.* Ignotorum hominum colluvies.

*Stagnum*, מַיִן, ἕλκος, λίμνη. *Locus profundus, aquis consentientibus plenus.* Notat ω. regionem aut urbem populosam. Esai. 42. 15. *Stagna arefaciam.* Urbes & opida incolis privabo. β. irrigatam aquis Evangelii ac Spiritus S. Pl. 107. 35. *Ponit desertum in stagnum aquarum.* Psal. 114. 8. *Qui convertit petram stagnum aquarum.* Esai. 35. 7. *Eritq; locus aridus in stagnum.* Esai. 41. 18. *Ponam desertum stagnum aquarum.* γ. *Stagnum ignis, est status anxius ac desperabundus.* Apoc. 19. 20. *Vivi coniecti sunt in stagnum ignis ardens sulfure.* Apoc. 20. 14. *Infernus autem ac mors coniecti sunt in stagnum ignis, quæ est mors secunda.* v. 15. *Et qui non inventus est in libro vitæ scriptus, coniectus est in stagnum ignis.*

*Stannum*, כֶּסֶף, κασσίτερος. *Metallum argento vilius, quod tamen facili fraude miscetur argento.* Imago hominis pietatem simulantis. Esai. 1. 25. *Auferam stanna tua.* Ezech. 22. 18. *Omnes sunt ut æs, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis.* Refertur & stannum inter merces Tyrias, Ezech. 27. 12.



*Stella*, כוכב, ἀστήρ, ἀστὴρ. α. Imago Angeli cœlum supremum incolentis. Job. 38. 7. *Quum laudarent pariter stelle matutinae*, primo mane creationis conditæ, & jubilarent omnes filii Dei. β. *Doctoris*, Antifistis populo prelucentis. Esai. 13. 10. *Nam stelle cœli & lucida sidera ejus non facient lucere lucem suam*, Antifistites Babylonis nullum poterunt suppeditare consilium, ac perdent auctoritatem. Conf. Joel. 2. 10. & 3. 14. Esai. 14. 13. *Super stellas Dei exaltabo solium meum*. Supra omnes doctores Rectoresque Ecclesiæ. Dan. 8. 10. *Et dejecit in terram de exercitu*, & de stellis, & conculcavit eas. Antiochus Epiphanes populum Judaicum ejusque proceres, sacros ac civiles, devicit libique subjecit. Doctores mendaces Judas vocat *stellas erraticas*, quibus caligo tenebrarum servata est in æternum, & 13. Apoc. 1. 16. *Habebat autem in dextera sua septem stellas*. & 20. *Septem stelle Angeli sunt septem Ecclesiarum*. Apoc. 6. 13. *Et stelle è cœlo ceciderunt in terram*. Antifistites falsæ Ecclesiæ perdidit auctoritatem. Apoc. 8. 10. *Tum Angelus tertius clancit, & cecidit è cœlo stella magna, ardens ut fax*. Arius cum aliis hæreticis ex Ecclesia ejicitur condemnaturque. & 12. *Percussa est tertia pars stellarum*. Apoc. 12. 1. *Et in capite corona XII. stellarum*, illustrata XII. Apostolorum doctrina, vel ut Coccejus habet, ornata Patriarchis XII, tribuum Christum expectantibus. Apoc. 12. 4. *Cujus cauda trahebat tertiam partem stellarum cœli, quas abjecit in terram*. Romani exercitus sub Pompejo & Crasso Synedrium Judæorum suprema spoliarunt auctoritate, Sacerdotibus & Doctoribus in statu integro relictis. Vid. *Cauda*. γ. *Messia ipsius*, nam stella est naturæ cœlestis, lux de luce primi diei, & ex constitutione Dei nocte hæc inferiora illuminat. Num. 24. 17. *Procedet stella ex Jacobo*. Apoc. 22. 16. *Ego sum -- stella splendida & matutina*. δ. Antichristi. Apoc. 9. 1. *Et vidi stellam è cœlo cecidisse in terram, cui data est clavis putei abyssi*.

*Stercus*, גֵּרֵם, פֶּרֶשׁ, ἄσπετος. Res fæda, Ezech. 22. 3. *quæ fecit stercorea contra se ad polluendum se*, Deos fabricavit falsos, falsaque de Deo & ejus justitia excogitavit sententias. Malach. 2. 3. *Spargam sterces in faciem vestram, sterces festorum vestrorum, rependam vobis festa vestra quæ abominor*.

*Sterilis*, עָקָר, עֵרִיר, ἀτελής, στείρα. Esai. 54. 1. *Lauda steri-*  
lis

*lis quæ non pariebas.* Conf. Gal. 4. 27. Exultate populi qui usque huc nullos Christo genuistis filios. Pf. 113. 9. *Qui constituit sterilem familiam; matrem filiorum letantem.* 1. Sam. 2. 5. *Sterilis peperit septem.*

*Sterquilinium,* שְׂרָקוּלִיּוֹן, κορμεία. Status vilis & contemptus. 1. Sam. 2. 8. Pf. 113. 7. *E sterquilinio elevat pauperem.*

*Stillo,* שִׁטְטָה, σείζω. Loquor, verba fundo. Job. 29. 22. *Super eos stillabat sermo meus,* verba quæ ad ipsos faciebam, non sinebant præterfluere, sed avidis auribus animisque recipiebant. Mich. 2. 6. *Ne stillatis,* oracula Dei, ne sermone facundo nobis exponite. Sunt verba populi contumacis. *Stillabunt,* vaticinabuntur, est responsio Dei. *Non stillabunt istis, non apprehendet ignominia,* non annuntiabunt honorifica & læta, sed adversa quæque. v. 11. *Si virum mendacem stillare tibi faciam ad vinum & siceram, is esset stillans populi hujus.* Ezech. 20. 46. *Stilla ad meridiem.* Ezech. 21. 2. *Stilla super sanctuaria,* & vaticinare contra Iſraelem. Deut. 32. 2. *Stillet ut pluvia doctrina mea, stillet ut ros, eloquium meum.*

*Stimulus,* סִבְרָן, κέντρον, βένκντρον. α. Medium permovendi, excitandi. Eccl. 12. 11. *Verba sapientum ut stimulus,* animos hominum queunt movere. β. Medium nocendi. 1. Cor. 15. 55. *Ubi tuus, ò mors, stimulus?* v. 56. *Stimulus verò mortis est peccatum.*

*Stipes, truncus,* שִׁטָּה, σείλεχθ. Crassior arboris pars, à radice & ramis distincta. Imago familiæ cujus rami sunt reſecti. Job. 14. 8. *Si senuerit in terra radix ejus, & in pulvere mortuus fuerit stipes ejus.* Esai. 11. 1. *Exibit virga è trunco Jesse.* Nascetur Messias ex accifa Davidis stirpe.

*Stipula,* שִׁטָּה, שֵׁפֶר, καλάμη, χέστθ. Est α. effigies hominis imbecillis & fragilis. Job. 13. 25. *Stipulam aridam persequeris?* Obad. v. 18. *Domus Esau stipula.* Esai. 47. 14. *Ecce erunt ut stipula, ignis comburet eos.* Jer. 13. 24. *Dispergam eos ut stipulam.* β. Cognitionis & doctrinæ vanæ ac levis. Esai. 33. 11. *Gravidi estis stipula, paratis stramen.* 1. Cor. 3. 12. *Quod si quis superædificet super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fenenum, stipulam.*

*Stola,* שִׁטָּה, ποδήρης. Vestis longa talos adusque demissa, dignitatis insigne. Marc. 16. 5. *Amictum stola candida.* Apoc. 6. 11. *Tum data singulis sunt stola alba.* Apoc. 7. 9. *Amicti stolis albis.* Solatium contra nuditatem servorum Christi, quibus vestes interdum

dum ab hostibus detrahuntur: *v.* 14. *Laverunt stolas ac dealbarunt in sanguine Agni.* Marc. 12. 38. *Volunt ambulare in stolis.*

*Stramen.* Vid. *palea.*

*Stylus*, *טע*, *σταφίς*, *σταφείον*. Instrumentum scribendi. *Pf.* 45. 2. *Lingua mea stylus scribae velocis.* Dicta mea audientium animis insculpuntur. Est sermo Apostolorum & Ecclesiae primae. *Coccejus*: Ut scriba expeditus accurate & fideliter dictata alterius excipit & exprimit, ita lingua mea exactè & fideliter Spiritus S. dictata explicat & narrat ad certum definitumque modum, ita ut nihil addat, nihil detrahat, nihil mutet. *Conf.* Job. 19. 23, 24. *Utinam in libro scriberentur stylo ferreo.* Esai. 8. 1. *Scribe in eo stylo hominis.*

*Sublime*, locus sublimis, *משגב*, *מרום*, *ὑψηλόν*, *ὕψιστον*. Ponitur *α.* pro caelo, terra & aere multum altiore. *Psal.* 68. 19. *Ascendisti in altum.* Esai. 57. 15. *In sublimi & sancto habito.* *β.* Pro refugio, *LXX.* *καταφυγή.* *Pf.* 9. 10. *Et erit Jehova sublime tenui.* *Pf.* 18. 3. *Sublimis locus meus.* Esai. 33. 18. *In sublimi habitabit, munitio- nes rupium sublimitas ejus.* *γ.* Pro cathedra super alias doctorum rectorumque sedes eminente. *Pf.* 73. 8. *Loquuntur ex sublimi, ceu Judices controversiarum supremi, falli & fallere nescii.*

*Subsanno*, *לעג*, *ἐμμελάω*, *μικτερίζω*. Rugata fronte contractoque naso irrideo: Approbo impiorum pœnas, stultosque illorum conatus securè contemno. *Pf.* 2. 4. *Dominus subsannabit eos.* *Pf.* 59. 9. *Tu autem Jehova deridebis eos, subsannabis omnes gentes.* *Prov.* 1. 26. *Subsannabo quum venerit pavor vester.*

*Suffitus*, *קטורה*, *קטורה*, *θύμιαμα*. Designat preces, invocationem Dei. *Apoc.* 5. 8. *Pbialis aureas, plenas suffituum, quæ sunt preces sanctorum.* *Apoc.* 8. 3. *Dati sunt ei suffitus multi, ut offerret precibus sanctorum omnium.* *v.* 4. *Et ascendit fumus suffituum precibus sanctorum è manu Angeli.* *Psal.* 141. 2. *Oratio mea suffimentum coram te.* *Malach.* 1. 11. *Et in omni loco מִקְטָר מִגֹּשׁ לַשָּׁמַיִם, suffitus offerretur nomini meo.*

*Sugo*, exugo, *ינק*, *מצץ*, *מצרו*, *θηλάζω*. *α.* Fruor, accipio infantis instar. *Esai.* 60. 16. *Et suges lac gentium, & uber Regum suges.* Gentes ac Reges velut uberibus suis te nutriunt. *Esai.* 66. 11. *Ut sugatis & saturemini ubere consolationum ejus.* *v.* 12. *& sugetis.* *Deut.* 33. 19. *Affluentiam maris sugent.* *β.* In malam partem sumtum est

est pati, sentire plagam. Pl. 75. 9. *Feces ejus sugent & bibent omnes impii terra.* Esai. 51. 17. *Feces calicis, tremoris, bibisti & exuxisti.* Ezech. 23. 34. *Bibes illum & exuges.*

*Sulco*, חרש, פתח, ἀνλαξίλω, ἀγρω. Ponitur 1. pro incidere, insculpere. Jer. 17. 1. *Sulcatum, exaratum in tabula cordis eorum.* 2. Chron. 3. 7. & *fulcabit cherubinos.* 2. Mich. 3. 12. *Sion ager sulcabitur, evertentur domus, ut terræ fundus pro agro colatur.*

*Sulcus*, מעניו, עניו, תלם, ἀνλαξ. α. *Incussa plaga, impactum vulnus, fulci enim fiunt in profcissa terra.* Pl. 129. 3. *Super dorsum meum araverunt arantes, prolongarunt sulcum suum.* Pl. 65. 11. *Sulcos ejus irriga, eos quos calamitatibus depressisti, aquis Evangelii & Sp. S. refice.* β. Hof. 10. 4. *Effloruit tanquam venenum judicium super sulcos agri.* In Ecclesia judicium de rebus credendis ac faciendis fuit corruptum, & in venenum mutatum. Denique *judicium ecclesiasticum conversum in venenum & absinthium, quod in porcis agri crescit inter triticum.* Nimirum ut judicium exerceretur ἀναποδείκτως, secundum canones & anathematismos humanos, ab uno ex plenitudine potestatis, tanquam in Spiritu sancto, ex intuitu ejus, quod Papa & Episcoporum intererat, Coccejus. γ. Hof. 10. 10. *Quum jungerent ad duos sulcos suos, quum inciperent ἐπιφορῶν, ac desinerent unum jugum uno humero portare ad unum sulcum, vel ad unam conversionis lineam.* Coccejus intelligit de Hussitis quorum pars una in Concilio Basiliensi certis conditionibus cum Romanis reconciliari voluit. δ. Hof. 12. 12. *Etiam altaria ipsorum ut tumuli super sulcos agri.* Tempia ipsorum cum aris sunt everfa. Ex mente Cocceji prædicitur, Germanorum templa, postquam Antichristi jugum susceperet, per Bohemos, & postea per Evangelicos destructum iri.

*Sulfur*, גפריה, θείον. α. Ponitur pro igne cœlesti, fulgore, fulmine in quo sunt particulæ sulfureæ. Gen. 19. 24. *Et Jehova pluit super Sodomam & super Gomorram sulfur & ignem à Jehova è caelo.* Deut. 29. 23. *Sulfur, & sal, & combustio totum solum ejus.* Pl. 11. 6. *Pluet super impios, laqueos, ignem & sulfur.* Esai. 34. 9. *Et convertentur torrentes ejus in picem, & pulvis ejus in sulfur.* Judæa regio, Hierosolyma præsertim, tota incendiis vastabitur. Ezech. 38. 22. *Imbrem inundantem, & lapidos grandinis, ignem & sulfur pluere faciam super eam.* Conf. Apoc. 20. 9. *Descendit ignis à Deo è caelo qui devo-*

ravit eos. β. Uti ignis designat angorem & inquietem animi: ita sulfur materia ignem facile concipiens & alens, Coccejo notat religionem falsam quæ animi angorem excitat fovetque, nec thuris instar odorem gratum, sed more sulfuris ingratum foetorem emittit, nec ignis probationem sustinet. Apoc. 9. 17. *Ex oribus ipsorum egreditur ignis & fumus & sulfur.* Apoc. 14. 10. *Cruciatbitur igne & sulfure in conspectu Angelorum sanctorum & coram Agno.* Apoc. 19. 20. *Vivi coniecti sunt hi duo in stagnum ignis ardens sulfure.* Apoc. 20. 10. *Et diabolus qui seducebat eos, coniectus est in stagnum ignis & sulfuris, ubi bestia & pseudopofeta.* Apoc. 21. 8. *Pars eorum in stagno ardenti igne & sulfure quod est mors secunda.* Esai. 30. 3. *Pyra ejus ignis, & ligna multa: flatus Jehovæ sicut torrens sulfuris ardet in ea.* Est tamen & vero simile, mysticæ Sodomæ preparatum à Jehova ignem sulfureum, quo & vetus Sodomæ periit cum finitimis opidis. Ætnæ Vesuviique incendia contemplantibus amplam præbent cogitandi materiam.

*Sulfureus, θεῖος.* Apoc. 9. 17. *Et vidi equos per visionem, & ipsorum sessores habentes thoraces igneos, & hyacinthinos & sulfureos.* Vidi populos quorum Rectores sunt contra vim veritatis muniti Zelo igneo, & rubent sanguine purpureo, & pulvere pyrio grassantur.

*Surculus, נצר,* à servando, custodiendo dictus, item *יונק*, LXX. *ἀββὸς, φέρειμα.* Tener ramulus qui refecatur aptusque est ad plantandum. Sumitur pro filio aut nepote. Esai. 11. 1. *Et surculus ex radicibus ejus יפרוֹ fructum faciet.* È stirpe Jessæ orietur Messias habens multum semen, ac proferens fructus uberri- mos. Esai. 53. 2. *Et ascendebat יונק ut surculus coram ipso, coram DEO Patre servus ipsius Messias procrevit tenelli instar rami.* Dan. 11. 7. *Et stabit ex surculo radicem ejus stolo ipsius.* Regiæ in Ægypto familiæ radix erat Ptolemæus Lagi Filius, hujus radicis surculus est Ptolemæus Philadelphus, è Lagida genitus, stolo hujus surculi est Ptolemæus Evergetes Philadelphi filius, Lagidæ nepos, Berenices frater. Esai. 60. 21. *Surculus plantationum meorum, filii per spiritum meum regeniti, & imagine mea decorati.*

*Surdus, אט, κωφός,* auribus captus. Ponitur α. pro homine qui detrectat audire verbum Dei. Esai. 35. 5. *Aures surdo-*

rum patebunt. Vaticinium hoc & secundum literam & mysticè est impletum tempore præstiti Messiaë. Esai. 42. 18. *Surdi audite.* v. 19. *quis surdus sicut nuncius meus?* Esai. 29. 18. *Audient die illa surdi verba libri.* Esai. 43. 8. *Surdos, & aures sunt eis.* β. Pro eo qui acceptas injurias diffimulat. Ps. 38. 14. *Ego verò sicut surdus: non audio.* γ. Pro eo qui preces alterius non exaudit. Ps. 39. 13. *Ne sis surdus.* תורש — א.

*Sylva*, בער, ἄσμος, ὕλη. Uti arbores sunt imago incolarum, ita α. ponitur sylva pro regione, regno. Esai. 10. 18. *Et gloriam sylvæ eius & Carmeli ejus ab anima usque ad carnem consumet.* v. 19. *Et residuæ arbores sylvæ ejus numerus erunt.* Sennacheribus ingentem patiétur stragem, ac numerus incolarum regni Assyriaci valde minuetur. Jerem. 46. 23. *Succident sylvam ejus.* Babylonii destruent Ægyptum. Ezech. 21. 2. *Vaticinare ad sylvam agri meridiei, ad Judæam.* Ezech. 34. 24. *Habitabunt in deserto confidenter, & dormient in sylvis.* Zach. 11. 2. *Ululate, quercus Basanis, quia cecidit sylva munita.* β. Opponitur regioni cultæ. Esai. 29. 17. & 32. 15. *Carmel sylva reputabitur.* Cananæa erit regio inculta. Esai. 32. 19. *Grandinabit grando in sylvam, & in humilitate humiliabitur civitas.* Regnum Antichristianum vastabitur, & Roma deprimetur. Conf. Esai. 26. 5. 6. Apoc. 16. 21. Hof. 2. 12. *Ponam eos in sylvam.*

## T.

*Tabernaculum*, משכן, σκηνή. Habitaculum Dei, imago Ecclesiæ. Luc. 16. 9. *Ut quum defeceritis, recipiant vos in tabernacula æterna,* ut quum eritis ejedi à Cananæa, admittant vos in communionem Ecclesiæ Novi Testamenti. Apoc. 21. 3. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum iis.* Ezech. 37. 27. *Et erit tabernaculum meum cum eis.* Conf. Ezech. 43. 7. Apoc. 7. 15. *Σκηνώσει ἐπ' αὐτοὺς, tabernaculum figet apud eos.* Ps. 46. 5. *Sanctum tabernaculorum Altissimi.*

*Talentum*, ככר, τάλαντον. Continet ter mille siclos sanctuarii, estque effigies donorum Dei quibus lucrari oportet. Matth. 25. 15. *Et huic quidem dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum.* Conf. v. 16. seqq. β. Apoc. 16. 21. *χάλαζα πλανηταία* grando par talento est gravis valde & ingens.

*Tarsis.* Vid. *Tharsis.*

*Telum.*

Telum. Vid. Sagitta.

Templum, יְהוָה, *væds*. Imago  $\alpha$ . cœli, 2. Sam. 22. 7. Exaudivit de templo suo vocem meam. Pf. 11. 4. Jehova in templo sanctitatis suæ. Apoc. 7. 15. Sunt ante solium Dei, & serviunt ei die ac nocte in templo ipsius.  $\beta$ . Humanæ Jesu Christi naturæ. Joh. 2. 19. Destruite templum hoc, & tribus diebus illud erigam.  $\gamma$ . 21. at ille loquebatur de templo corporis sui.  $\delta$ . Ecclesiæ. Pf. 48. 10. Consideravimus Deus benignitatem tuam in medio templi tui. Zach. 6. 12. *Ædificabit templum Jehova.* Habak. 2. 20. Jehova in templo sanctitatis suæ. 2. Theff. 2. 4. Ut sedeât in templo Dei tanquam Deus. 1. Cor. 3. 16. An nescitis vos esse templum Dei? Apoc. 3. 12. Si quis vicerit, faciam ut sit columna in templo Dei mei. Apoc. 11. 19. Tum apertum est templum Dei in cœlo, & visa est arca federis ejus in templo ejus. Remotis Christi hostibus liber omnibus in Ecclesiam patebit aditus.  $\epsilon$ . Apoc. 21. 22. Nec templum vidi in ea, Dominus enim Deus omnipotens templum illius est & Agnus. Populus Dei ultimo tempore non adibit Deum in templis, neque per templum fiet sanctus, sed per Deum & Christum, ad quem accedit, & in quo est & vivit.

Tempus, עַם, מָוֶעַר, עֵרָן, καιρός, χρόνος. Designat annum. Dan. 4. 20. Cum bestiis agri sit pars ejus donec septem tempora transeant super eum.  $\nu$ . 22. Rore cœli te tingent, & VII. tempora transibunt super te.  $\zeta$ . 29. Herba instar boum te pascent, septemq; tempora transibunt super te. Dan. 7. 25. Tradenturque in manum ejus usque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Per annum, per duos annos, perque dimidium annum, qui faciunt 1260. dies mysticos, sive totidem annos, aut XLII. menses, Apoc. 11. 2, 3. & 12. 6. Dan. 12. 7. Et elevavit dexteram suam & sinistram suam ad cœlum; & juravit per viventem in secula, quod ad tempus, tempora & dimidium, quinque compleverit dispergere manus populi sancti, consummabuntur universa hæc. Quatenus hæc verba intelliguntur de Antiocho Epiphane secundum literam intelliguntur tres anni cum dimidio, per tantum enim intervallum Antiochus templum Hierosolymitanum tenuit maculatum. Quatenus autem respicitur Antichristus ab Antiocho Epiphane figuratus, intelliguntur prophetici anni tres cum dimidio facientes 1260. dies sive annos communes, quibus Ecclesia in deserto nutrita fuit, Apoc. 12. 6. menses 42. pariter propheticos constantes ex triginta diebus vel annis, unde iterum resultant 1260. anni communes, quibus

quibus gentes vel idololatræ Christiani atrium templi, aut visibilem Ecclesiam conculcarunt. Apoc. XI. 2. Conf. Dan. VII. 25. Constitutum hoc Antiochi & Antichristi tempus figurabatur tribus annis & dimidio, quibus tempore Eliæ ingens erat in Israele fames Achabo & Jesabele regnantibus. Conf. Apoc. XI. 6. Jacob. V. 17. I. Reg. XVII. 1. & seqq. Apoc. 12. 14. Ut alatur ibi per tempus, tempora & dimidium temporis. II. Notat dies festos. Dan. 7. 25. Existimabit se posse mutare tempora & legem. Galat. 4. 10. Dies observatis & menses, & tempora, & annos.

**Tenebræ**, תַּחֲשֵׁר, חֲשֵׁכִים, מַחְשֵׁךְ, οὐρανοῦ. α. Imago calamitatis ac miseriæ. Job. 23. 17. Non fui excisus ante tenebras. Calamitatibus non sum datus in mortem. Job. 19. 8. Super semitas meas posuit tenebras, curriculum vitæ meæ fecit miserabile. 2. Sam. 22. 29. Jehova illuminat tenebras meas, miseriam meam mutat in felicitatem. Ps. 112. 4. Oritur in tenebris lumen rectis. Pius medias inter calamitates & oppressiones illucet gratia Dei. Esai. 8. 22. Et terram intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebræ, obscuratio, angustia, & caligo, impulsio. β. Ignorantiæ ac superstitionis. Esai. 42. 7. Ut educas è carcere vincitum, è domo carceris sedentes in tenebris. Eccl. 2. 14. Stultus ambulat in tenebris. Joh. 12. 35. Ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebræ deprehendant, nam qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Act. 26. 18. Ut se convertant è tenebris ad lucem. Rom. 2. 19. Confidis te ducesse eorum, lucem eorum, qui sunt in tenebris. Eph. 5. 8. Eratis enim olim tenebræ. I. Petr. 2. 9. Ut virtutes prædicetis illius qui vos vocavit è tenebris in admirabilem suam lucem. γ. Ponitur pro sepulcro aut statu mortis. Ps. 88. 7. Posuisti me in lacu inferiore, in tenebris, in profundis. Eccl. 11. 8. Si annis multis vixerit homo, & in omnibus illis fuerit letatus, recordetur autem dierum tenebrarum, quia multi sunt, quicquid evenit, vanitas.

**Tepidus**, χλαρός. Medius in religione. Apoc. 3. 16. Quoniam tepidus es, nec frigidus nec fervidus, futurum est ut te evomam ex ore meo.

**Tharsis**, Tarsis, תַּרְשִׁישׁ, θάρσις. Filius Javan, nepos Japeti, Gen. 10. 4. α. Josepho est nobilis Ciliciæ urbs, Tharsus, Pauli patria, Act. 9. 11. Bocharto post Eusebium Hispania, aut Hispaniæ pars, Gades & Tartessus, variis metallis olim abundans. Ezech. 27. 12. Tharsis negotiatrix tua ob multitudinem cunctarum divitiarum



rum in argento, ferro, stanno, & plumbo. Jer. 19. 9. *Argentum extensum de Tharsis affertur.* Pl. 72. 10. *Reges Tharsis & insula munus afferent. Coccejo Tharsis & insulae h. l. sunt terrae ad Boream, Cilicia, si- ve Asia minor, fortassis & Graecia.* Esai. 60. 9. *Me insula expecta- bunt, & naves Tharsis ab initio.* Esai. 2. 16. *Et super omnes naves Thar- sis.* Pl. 48. 8. *Vento Orientali conteret naves Tharsis.* Esai. 23. 1. *Ullulate naves Tharsis.* Jon. 1. 3. *Ut fugeret in Tharsis a facie Jehovae, & descendit Japho: reperit autem navem euntem in Tharsis.* B. Bochartus aliam Tharsin in Oceano Indico statuit, Ophiræ seu Taprobanæ proximam. 1. Reg. 10. 22. *Classis Tharsis erat Regi per mare cum clas- se Hiram, semel in tribus annis veniebat classis Tharsis quæ referebat aurum & argentum, dentes elephantum, & simias & pavos.* 1. Reg. 22. 49. *Josaphat fecit naves Tharsis ut irent in Ophir pro auro.* 2. Chron. 20. 37. *Confractæ sunt naves, neque valuerunt ire in Tharsis.* Vid. Bochart. Pha- leg. 1. 3. c. 7.

**Thirza**, תִּרְצָא, *Thirza*. Metropolis regni X. tribuum ante extructam Samariam, 1. Reg. 14. 17. Cant. 4. 3. *Pulchra es amica mea velut Thirza, decora ut Jerusalem.* Coccejus h. l. prædici putat di- visionem Ecclesiae in Orientalem & Occidentalem, Heunischius in Pontificios & Evangelicos. Nam & in Thirza vel papatu esse pulcritudinem externam & reperiri electos licet pauciores & oc- cultiores quam in Hierosolymis vel inter Evangelicos.

**Thogarma**, תְּגָרְמָא, *Thogarma*. Filius Gomeri, nepos Japhe- ti, Gen. 10. 3. Bocharto Cappadocia & Galatia, equis & mulis incluta. 1. c. c. 11. Ezech. 27. 14. *De domo Thogarma equos & equites, & mulos dederunt in foro tuo.* Ezech. 38. 6. *Domus Thogarma, inco- lens latera Aquilonis.*

**Thubal**, תְּבַל, *Thubal*. Filius Japheti, Gen. 10. 2. Bochar- to 1. c. cap. 12. pater Tibarenorum qui Josepho Iberi vocantur, & Moschis junguntur à Græcis scriptoribus, uti Mesech & Thu- bal in scriptura S. Ezech. 27. 13. *Javan, Thubal & Mesech, ipsi in- stitores tui cum animabus hominum, & vasa aerea dederunt.* Ezech. 32. 26. *Ibi Mesech, Thubal, & omnis multitudo ejus.* Ezech. 38. 2. & 39. 1. *Ecce ego ad te Gog, princeps Rosch, Mesech & Thubal.*

**Thuribulum**, תְּקִיטָר, *Thuribulum*. Vas aureum in quo suffitus Deo cum à Sacerdotibus tum à Pontifice maximo adole-

adolebantur. Typus voluntatis Jesu Christi intra quam receptas preces nostras Patri offert. Apoc. 8. 3. *Tum alius Angelus venit, & stetit ante aram, habens thuribulum aureum. & 5. Deinde accepit Angelus thuribulum, & implevit illud igne altaris, abiecitq; in terram.*

*Thus, תבשיל, λίθων.* Aroma in templo incendi & promunere dari solitum, & notat preces & cultum. Es. 60. 6. *Omnes ipsi de Seba venient, aurum & thus afferent.* Cant. 3. 6. *Suffita myrrha & thure, omni pulvere aromatatum.* Cant. 4. 6. *Ibo ad montem myrrha & ad collem thuris.* & 14. *Cum omnibus arboribus thuriferis.* β. Refertur & inter merces Babylonis, Apoc. 18. 13. & constat, plurimum thuris in templis Romanæ Ecclesiæ adoleri.

*Thyatira, θιάτειρα.* Asia minoris urbs cujus Angelus cæsusque est effigies Ecclesiæ à Bonifacio III. usque ad Gregorii VII. ætatem, & insignitur caractere profectus in veritate & sanctitate, quem fecit licet Doctorem mendacem, supremam sibi auctoritatem docendi arrogantem, seducere alios permetteret, Apoc. 2. 18. seqq. Vid. *Henr. Mori* Exposit. VII. Ecclesiæ. c. 6.

*Tonitru, תורן, βροντή.* Notat & impetuofam hostium profligationem quæ & interdum per tonitrua ac fulmina & grandinosos imbres fit. Esai. 29. 6. *A Jehova exercituum visitabitur in tonitru, & in concussione, & voce magna.* Joel. 2. 11. *Jehova dabit vocem suam coram exercitu suo.* Apoc. 4. 5. *Prodibant è folio fulgura & tonitrua & voces.* Apoc. 8. 5. & 11. 19. & 16. 18. *Et facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræmotus.* Apoc. 10. 3. *Locuta sunt septem tonitrua voces suas.* & 4. *Obsigna quæ locuta sunt septem tonitrua.* 1. Reg. 7. 10. *Intonuit autem Dominus fragore magno super Philistin.* Confer Pl. 18. 14. 15. β. Præconium verbi divini, sicut & lex inter tonitrua fuit lata. Pl. 29. 3. *Vox Jehovæ super aquas, Deus glorie tonare facit.* Apoc. 14. 2. *Et audivi vocem è cælo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam sonum tonitru magni.* *Audivi populos multos vitia ac tyrannidem & mendacia papatus acriter reprehendentes.* Apoc. 19. 6. *Tanquam sonitum tonitruorum magnorum, dicentium: Halleluja, quia regnavit Dominus Deus ille noster omnipotens.* Marc. 3. 17. *Imposuit eis nomina Boanerges, id est, filii tonitru.* Conf. Joh. 12. 28, 29.

*Torcular, תורן, פורן, ληνός.* Locus in quo uvarum succus exprimitur ut defluat in lacum, effigies magnæ pressuræ

multæque cædis. Lament. 1. 15. Torcular calcavit Dominus virgini filia Juda. Elai. 63. 3. Torcular calcavi solus. Joel. 3. 13. Plenum est torcular, exuberant praela ipsa. Conf. Apoc. 14. 19, 20.

Torrentis, טַרְטָר, χερμαίρριος. Rivus de loco sublimiore ac sæpe petroso in vallem defluens. Designat copiam, abundantiam boni aut mali. Pl. 36. 9. Torrente deliciarum tuarum rigabis eos. Es. 35. 6. Eruperunt in deserto aquæ & torrentes in solitudine. Pl. 18. 5. Torrentes impietatis terrebant me. Pl. 124. 4. Torrentis pertransisset super animam nostram. Pl. 110. 7. De torrente in via bibet. Conf. Es. 30. 28.

Triticum, תְּרִיטָוֹן, טִרְיָוֹן. α. Imago hominis pii. Matth. 3. 12. Coget triticum suum in horreum. Matth. 13. 25. Seminavit Zizania inter triticum. V. 29. Ne colligendo Zizania simul eradicetis cum eis triticum. Ne cum impiis simul & pios iis intermixtos extirpetis. Cant. 7. 2. Venter tuus acervus tritici. β. veræ doctrinæ, Apoc. 6. 6. Chenix tritici denario.

Truncus. Vid. Stipes.

Tuba, Buccina, טוֹבָא, σάλπιγξ. Notat annunciationem verbi divini. Jer. 6. 17. Attendite voci buccinæ. Zach. 9. 14. Dominus Jehova tuba clanget. Apoc. 8. 2. Quibus data sunt septem tubæ. V. 5. Et septem Angeli qui habebant septem tubas, prepararunt se ut clangerent.

Turbo. Vid. procella.

Turris, טוּר, πύργος. Munimentum ad refugium. Imago defensionis. Pl. 61. 4. Fuiſti spes mihi & turris fortitudinis à facie inimici. Prov. 18. 10. Turris fortis nomen Jehovæ. Elai. 5. 2. Edificavit turrin in medio ejus.

Turtur, תּוּרְטוּר, τρυγών. Avis casta, simplex, sed imbellis. Imago Ecclesiæ. Pl. 74. 19. Ne des animam turturis tui bestia. Cant. 2. 12. Et vox turturis audita est in terra.

Tyrus, צוּר, πύργος. Phœnicix urbs celeberrima, à Sidoniis ante cladem Trojanam in terra continenti condita, Palætyrus aut Tyrus vetusta idcirco dicta, emporium orbis, à Nabuchodonosore teste Ezechiele c. 29. 18. & Josepho excisa dedit originem Tyro novæ insulari ab Alexandro destructæ. Vid. *Mavsham*, in secul. XI. & XVIII. *Bochart*, in *Phaleg*. l. 4. c. 35. & in *Canaan* l. 2. c. 17. Secundum Alcazarem est typus Romæ paganæ, secundum Coccejum Romæ Antichristianæ. Forerius similiter Elai. 23. Romam Antichristianam ex collatione Apoc. 18. describi existi-

existimat. Henricus Morus apud Ezechielem Romam pagano-Christianam, apud Esaiam Romam paganicam, Christianam & pagano Christianam intelligit. Vid. Ezech. capita 26, 27, 28. Esai. 23. cum Commentariis Cocceji, & Mori in Myster, iniquitatis part. poster. l. 2. c. 17.

## U.

*Vacca*, וָבַקָּה, בָּקָה, בָּקָה. 1. Vacca ferox imago hominis refractarii & in peccando obstinati. Hof. 4. 16. *Sicut vitula rebellis rebellavit Israel.* Amos 4. 1. *Audite verbum hoc vacca Basan.* 2. Vacca erat pecus victimalis & præbet lac, imago hominis Deo consecrati & alios lacte verbi divini pascens. Esai. 11. 7. *Et vacca & ursa pascuntur.*

*Vallis*, בָּקְעָה, נַי, נַחַל, קַמַּח, φάραγξ, πεδιον. Locus planus inter montes & humilis. Typus hominis aut regionis quæ se Christo non opponit sed subjicit. Esai. 40. 4. *Omnis vallis exaltabit se - & eruntque excelsa in vallem.* Cant. 6. 10. *Ad hortum nucum descendi ut viderem fructus vallis.* Pl. 65. 14. *Valles operuerunt se frumento.* 2. Quia urbs Hierosolymorum erat sita inter duos montes, & Deus in illa se videndum præbuit ac Sp. S. dona distribuit, appellatur *vallis visionis*, Esai. 22. 1, 5. & *vallis unguentorum*, Esai. 28. 4. Vid. Cl. Hulsium de vallibus sacris.

*Uber*, חֶמֶן, μασός. Ubera mulierum sunt lactis receptaculum, & designant thesaurum verbi divini quem fideles corde receptum servant & aliis de eo communicant. Cant. 1. 13. *Inter ubera mea pernoctabitur.* Cant. 4. 5. & 7. 3. *Duo ubera tua sicut duo hinnuli gemelli capree.* Cant. 7. 7. *Ubera tua botris similia.* 7. 8. *Erunt nunc ubera tua sicut racemi vitis.* Cant. 8. 8. *Soror est nobis parvula, & ubera non sunt ei.* 7. 10. *Ego murus, & ubera velut turre.* Esai. 60. 16. *Uber Regum suges.* Esai. 66. 11. *Ut sugatis & saturemini ex ubere consolationum ejus.*

*Venator*, צַיָּד, ἰαγωτής. Homo alterum persequens & in retia sua pertrahere studens. Gen. 10. 9. *Is fuit potens venator coram Jehova.* Jer. 16. 16. *Mittam ad multos venatores & venabuntur eos ex omni monte.* Vid. Venor.

*Venenum*, שִׁמְרֹן, שִׁמְרֹן, ἰός, χαλκή, θυμός. α. Imago sermonis noxii alterumque occidentis. Pl. 58. 5. *Venenum est illis*

*instar veneni serpentis.* Psal. 140. 4. *Venenum aspidis sub labiis eorum.* Deut. 27. 18. *Ne sit in vobis radix fructificans venenum & absynthium.* β. *Plagæ lethalis.* Job. 6. 4. *Sagitta omnipotentis apud me, cujus venenum ebibit spiritum meum.* Uti sagitta cui venenum allinitur, lethale infert vulnus: ita mors mihi imminet à malis gravissimis, quæ Deo volente patior.

*Venor, נָצַח, ἵκεν, ἀγγέλω.* Alterum persequor ut inducam in expansa. retia. Lament. 3. 52. *Venando venati sunt me ut aviculam.* Ezech. 13. 20. *Venantes ibi animas.* Conf. Pf. 10. 8, 9.

*Venter, כֶּבֶד, כוֹלֵלָה. α.* Quia in ventre sunt cor & renes, quibus cogitationes affectusque tribuuntur, venter pro animo sumitur, Coccej. Prov. 22. 18. *Delectabile est, si custodies ea in ventre tuo, dirigantur pariter in labiis.* Joh. 7. 38. *Qui credit in me, sicut dixit scriptura, flumina aqua viva fluent ex ventre ejus.* Prov. 20. 27. *Lucerna Jehovah animus hominis, investigat omnia interiora ventris.* β. Cant. 5. 14. *Venter ejus candidum ebur, obductus sapphiris.* Hebr. וִיכֶרֶת viscera ejus. Cogitationes sponsi sunt puræ, constantes & cœlestes. Vicissim sponsus ad sponsam: Cant. 7. 2. *Venter tuus acervus triticorum, septus liliis.* Ecclesia est fecunda gignitque ingentem credentium multitudinem, uti multa grana acervum tritici constituunt.

*Ventilabrum, מַנְתְּרָה, πύλον.* Instrumentum paleam segregandi à tritico, notatque plagas ac judicia quibus Deus populum suum purgat ab impiis, aut veritatem à mendaciis. Matth. 3. 12. *Cujus ventilabrum in manu ipsius.* Jerem. 15. 7. *Ventilavi eos ventilabro in portis terræ.* Esai. 30. 28. *Ad ventilandum gentes ventilabro vanitatis.* Conf. Es 30. 24. *Boves & pulli asinorum operantes terram comedent farraginem mundam quæ ventilatur pala & ventilabro.*

*Ventilo, מַנְתֵּר, σκαρπίζω.* Dissipo, dispergo. Jer. 41. 11. *Non ad ventilandum neque ad repurgandum.* Pf. 44. 12. *In gentes ventilasti vel dispersisti nos.* Conf. Levit. 26. 33. Prov. 20. 26. *Ventilat impios rex sapiens.* Jerem. 51. 2. *Mittam in Babel ventilatores, & ventilabunt eam.*

*Ventus, מַנְתֵּר, πνεῦμα, ἀνεμῶ.* I. Imago Spiritus S. Joh. 3. 8. *Ventus quo vult spirat, & sonum ejus audis, sed nescis unde veniat & quo vadat: ita est quisquis genitus est è Spiritu.* Act. 2. 2. *Tunc extitit repente è cœlo sonitus tanquam ruentis flatus violenti qui replevit totam domum,*

num. Conf. Joh. 20. 22. *Afflavit & dixit eis: accipite Spiritum S.*  
 II. Calamitatis subito ingruentis. Matth. 7. 35. *Flaverunt venti*  
*& inciderunt domui illi, & non cecidit.* Ps. 55. 9. *Festinarem eruerè me,*  
*à vento qui excitatur à turbine.* III. Hostis cito loca regionis omnia  
 invadentis. Esai. 57. 13. *Eos omnes tollet ventus.* Jerem. 51. 1. *Ecce*  
*ego suscito contra Babel ventum corrumpentem.* Jer. 4. 11. *Tempore illo*  
*dicetur populo huic & Hierosolymis: Ventus siccus excelsis in deserto.* & 12.  
*Ventus vehementior his veniet mihi.* Hos. 13. 15. *Veniet auster ventus Je-*  
*hova è deserto ascendens.* Apoc. 7. 1. *Vidi quatuor Angelos stantes ad*  
*quatuor angulos terræ, qui tenebant quatuor ventos terræ, ne flaret ventus.*  
 IV. Doctrinæ ac religionis vanæ. Hos. 8. 7. *Ventum seminarunt,*  
*& turbinem metent.* Hos. 12. 1. *Ephraim pascit ventum.* Job. 15. 2.  
*An sapiens respondebit scientiam venti?* V. Cujuslibet rei inanis, nul-  
 lumque fructum ferentis & pereuntis. Prov. 11. 25. *Qui conturbat*  
*domum suam, hereditatem accipiet ventum.* Esai. 41. 29. *Ventus & ina-*  
*ne constabilia eorum.* Jer. 5. 13. *Profetæ autem erunt in ventum.* Eccl.  
 5. 15. *Quid utilitatis quod laboravit in ventum?*

*Vepres, Vid. Spina.*

*Vermis, רמול, תולע, σκώληξ.* Typus hominis humi  
 depressi, & quasi pedibus calcati. Job. 25. 6. *Homo vermis, & fi-*  
*lius hominis vermis.* Ps. 22. 7. *Vermis & non vir.* Esai. 41. 14. *Vermis*  
*Jacob.* 2. Job. 7. 5. *Induta est caro mea vermibus, plena particulis*  
*noxiiis corpus depascentibus.*

*Vertex, קרקר, κορυφή.* Summa capitis pars, cognomen  
 illius qui se pro capite Ecclesiæ gerit. Ps. 68. 22. *Verumtamen*  
*DEus transfiget caput inimicorum suorum, verticem comatum qui*  
*ambulat in delictis suis, hominem abundantem copiis & affeclis,*  
*qui ab eo velut à capite dependent.* Quin & in genere quosli-  
 bet Antifites populi notat Esai. 1. 6. *à planta pedis usque ad verticem*  
*non est in eo perfectio.* Summi, medii & intimi in populo sunt cor-  
 rupti malique.

*Vertigo, רע, σάλπιξ.* Zach. 12. 2. *Pono Hierosolymas pel-*  
*vim vertiginis.* Vid. pelvis.

*Vesper, ערב, ἑσπέρη.* Significat α. tempus ante finem Reip.  
 Judaicæ. Gen. 49. 27. *Vespere distribuet spodium.* Paulus ex tribu  
 Benjaminis oriundus in fine Veteris Testamenti dividet spolia ex  
 Judæis

Judæis & gentibus, Satanæ erepta, Coccej. β. tempus ante mundi finem. Zach. 14. 7. *Tempore vesperi erit lux.* Coccejus intelligit de tempore tristi, quo omnia habentur desperata. γ. Regiones ac populos occidentales. Pl. 65. 9. *Egressiones matutini & vesperi facis iubilare.* Ad sonum Evangelii exultant Orientis & Occidentis incolæ.

*Vestis*, vestitus, indumentum, לבוש, ἔνδυμα, ἱμάτιον. Notat α. justiciam, fidem, sanctitatem aliasque virtutes, quibus nuda anima tegi debet. Job. 20. 14. *Justitiam induebam, & induebat me tanquam pallium, & cidaris judicium meum.* Pl. 45. 14. *Ex vestibus auro ocellatis indumentum ejus.* v. 15. *In vestibus phrygionis adducetur Regi.* Cant. 4. 11. *Odor vestium tuarum velut odor libani.* Esai. 61. 10. *Induit me vestimentis salutis.* Ezech. 16. 10. *Vestivi te discoloribus.* Matth. 22. 11. *Vidit illic hominem non indutum veste nuptiali.* Apoc. 3. 5. *Qui vicerit, amietur vestimentis albis.* v. 18. *ut emas à me vestimenta alba.* Apoc. 16. 15. *Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua.* β. Corpus Christi. Esai. 63. 1. *Rubras vestes habens de Bozra.* v. 2. *quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcanti in torculari.* Conf. v. 3. *Spargetur sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinabo.*

*Vexillum*, דגל, סמל, σημεῖον, σημαῖον. Signum ad quod congregantur milites, & designat medium convocandi gentes ad Christum. Esai. 5. 26. *Et tollet vexillum gentibus.* Esai. 11. 12. *Et elevabit vexillum nationibus.* Esai. 49. 22. *Ad populos exaltabo vexillum meum.* Deinde est signum pugnae contra Christi & nostros hostes. Cant. 2. 4. *Vexillum ejus super me amor.* Quia Christum diligo & ab ipso diligor, pugnandum est mihi contra communes hostes. Cant. 6. 3. *Terribilis ut acies vexillis instructa.*

*Vidua*, אלמנה, χήρα. Mulier marito privata, imago hominis aut cætus humano præsidio destituti. Esai. 47. 8. *Non sededo vidua.* Apoc. 17. 7. *Sedeo Regina, nec sum vidua.* Prov. 15. 25. *Domum superbiorum demolitur Jehova, statuit autem terminum viduæ.* Pl. 68. 6. *Pater pupillorum, judex viduarum.*

*Viduitas*, אלמנות, χηρεία. Esai. 47. 9. *Evenient tibi duo hæc subito, eodem tempore, orbitas & viduitas.* Amittes potentiam opesque regum & principum qui tecum scortati sunt.

*Viduus*

*Viduus*, אֶלֶם, χῆρος. Jer. 51. 5. *Non est viduus Israel à DEO suo*, Ecclesia non destituitur à Deo vel Christo, sponso aut marito suo.

*Vigil*, וָעֵר, γρηγορέω, ἀγρυπνέω. Sumitur α. pro principe vel Magistratu populi. Malach. 2. 12. *Succidet Jehova vigilem & respondentem & offerentem munus.* β. Pro Deo rebus humanis providente. Dan. 4. 10. *Vigil Sanctus de caelo descendit.* ψ. 17. *In decisione vigilum verbum, & in dicto sanctorum rogatio.* Deus Pater, Filius ac Spiritus S. de rebus humanis & praesertim de fato Nebucadnezaris secum consulere & sententiam tulere.

*Vigilo*, וָעֵר, ἀγρυπνέω, γρηγορέω. Diligenter attendo, prudenter caveo. Pl. 44. 24. *Vigila, quare dormies Domine?* Cant. 5. 2. *Cor meum vigilabat.* Matth. 26. 41. *Vigilate & orate.* Hebr. 13. 17. *Vigilant ipsi pro animabus vestris.* Apoc. 3. 2. *Esto vigilans.* 1. Petr. 5. 8. *Sobrii estote, vigilate.*

*Vindemiator*, בּוֹצֵר, τρυγητής. Qui uvas refecat, effigies militis bona quæque obvia diripientis. Jer. 49. 9. *Si vindemiatores venerint tibi, non relinquent racemos.*

*Vindemio*, בּוֹצֵר, τρυγῶ, ἐκτρυγῶ. Bona hostiliter diripio, obvios evertō excindoque. Apoc. 14. 18. *Vindemia botros vineæ terræ.* ψ. 19. *Vindemiavit vineam terræ.* Pl. 76. 13. *Vindemiabit spiritum principum.* Faciet ut principes animum despondeant. Conf. Job. 24. 6. *Vineam improbi vindemiabunt.*

*Vinea*, כַּרְם, ἀμπελῶν. Typus α. populi Dei qui colitur ad ferendum fruges fidei ac resipiscentiæ. Cant. 1. 6. *Posuerunt me custodem vinearum, vineam meam quæ mihi erat non custodivi.* Cant. 2. 15. *Capite nobis vulpes, vulpes parvas corrumpentes vineas, dum vinea nostra uva minuta.* Cant. 7. 12. *Mane surgamus ad vineas.* Cant. 8. 11. *Vinea fuit Salomoni in Baalhamon, tradidit vineam istam custodibus.* ψ. 12. *Vinea mea quæ est mihi coram me.* Esai. 5. 1. *Vinea fuit dilecto meo in colle, loco pingui.* ψ. 4. *Quid faciendum erat ultra vinea mea!* ψ. 5. *Et nunc indicabo vobis, quid ego facturus sim vinea mea.* Jer. 12. 10. *Pastores multi demoliti sunt vineam meam.* Matth. 20. 1. *Exiit cum prima luce ad conducendum operarios in vineam suam.* β. Populi Antichristiani, qui yites Sodomæ sunt. Apoc. 14. 18. *Vindemia botros vineæ terræ.* ψ. 19. *Vindemiavit vineam terræ.*

*Vinitor*, כַּרְסָא, ἀμπελουργός. Cognomen praconis Evangelii,  
Gg gelii,



gelit, vineam Dei colentis aut colere debentis. Esai 61, 5. Filii alienigenae erunt agricolae vestri & vitatores vestri. Conf. Matth. 21. 33-41. Joh. 15. 1.

*Vinum*, יין, דיין. α. Typus sanguinis Christi. Gen. 49. 11. *Lavabit in vino vestimentum suum.* Schilo corpus suum sanguine consperget. *Cocceus* intelligit de fidelibus quos Christus sanguine suo lavat, & laetitia imbuit. Esai. 55. 1. *Emite sine argento & sine pretio lac & vinum.* Apoc. 6. 6. *Oleum & vinum ne legeris.* Virtutem Spiritus S. & sanguinis Jesu Christi in Ecclesia efficacem non impediens aut minues, quum Episcopi & sacerdotes avari doctrinam Evangelii care vendent. Prov. 9. 2. *Miscuit vinum suum.* v. 5. *Bibite de vino, miscui.* Quare de poculo vini in f. Cana dixit Jesus Matth. 26. 28. *Hoc est sanguis Novi testamenti.* β. Notat virtutes Ecclesiae quae Christum delectant, uti vinum cor hominis exhilarat. Cant. 5. 1. *Bibi vinum meum cum lacte meo.* Cant. 8. 2. *Bibere faciam te vinum aromaticum, vinum mustum malogranati mei.* γ. Doctrinam falsam superstitiosos homines inebriantem ad cultum idolorum. Deut. 32. 33. *Venenum draconum vinum eorum.* Apoc. 17. 2. *Vino scortationis ejus inebriati sunt incola terra.* Apoc. 18. 3. *Ex vino caloris scortationis ejus biberunt omnes gentes.* Apoc. 14. 8. *Vinum caloris scortationis sua potandum praebuit omnibus gentibus.* Jer. 51. 7. *Calix auri est Babel in manu Jehovae, inebrians universam terram, de vino ejus bibent gentes.* δ. Plagas ab impiis exhauriendas. Jerem. 25. 15. *Sume calicem vini furoris hujus de manu mea, & propina illum omnibus gentibus ad quas Ego te mitto.* Ps. 75. 9. *Calix in manu Jehovae, vinum rubet, plenus est misto, & effundit ex hoc: utique faeces ejus sugent, bibent omnes impii terra.* Ps. 60. 5. *Propinasti nobis vinum soporiferum.* Jer. 13. 12. *Omnis uter implebitur vino.* Apoc. 14. 10. *Bibet hic ex vino ira Dei, ex mero infuso in poculum irae ipsius.* Apoc. 19. 15. *Ipsse enim calcet lacum vini furoris & irae Dei omnipotentis.*

*Vipera*, ארבע רגל, עקב. Serpentis genus venenosissimum. I. Imago Diaboli. Matth. 3. 7. *Progenies viperarum.* II. Job. 20. 16. *Occidet eum lingua vipera, impius peribit ob sermones noxios.*

*Virgo*, בתולה, ערמו, παρθένος. Mulier innupta, imago hominis qui se cum diis falsis, cum Antichristo aut mundo non copulavit. Cant. 1. 3. *Virgines, puellae, dilexerunt te.* Apoc. 14. 4. *Hi sunt qui cum mulieribus inquinati non sunt, Virgines enim sunt.*

2. Cor. 11. 2. *Preparavi enim vos uni viro virginem puram sistere, Christo.*  
 Esai. 23. 4. *Non enutrivit juvenes, non extulit virgines.* II. Populus Is-  
 raeliticus appellatur virgo, quatenus erat liber, peregrino Do-  
 mino non subditus, pulcher ac florens ornatusque Virginis instar,  
 Jerem. 31. 21. *Revertere virgo Israel, revertere ad civitates tuas.*  
 Amos. 5. 2. *Cecidit, non addet surgere virgo Israel.* III. Babel appel-  
 latur virgo quia se talem gloriatur. Esai. 47. 1. *Descende, & sede*  
*in pulvere virgo filia Babel.* IV. *Decem virgines*, quinque sapientes  
 & quinque fatuæ, designant veros ac falsos Christianos in decem  
 regnis è Romano imperio ortis & Antichristo aliquamdiu subje-  
 ctis, Matth. 25. 1.

*Viridis*, virens,  $\text{פִּזְזָה}$ ,  $\text{זָרָה}$ ,  $\text{εὐθαλής}$ ,  $\text{χλωρός}$ . Vegetus, vi-  
 vax. Ps. 92. 15. *Pingues & virides erunt.* Ezech. 17. 24. *Exsiccare*  
*feci arborem viventem.* Dan: 4. 1. *Virens in palatio meo, felix ac lætus.*  
 2. Cant. 1. 16. *Lætus noster viret, gignimus Christo liberos.* Ps.  
 92. 11. *Conspergar oleo viridi, donis Spiritus Sancti cumuler, unde*  
*fiam lætus ac robustus in Deo.*

*Viscera*,  $\text{כִּבְדֵי}$ ,  $\text{σπλάγχνα}$ . Ps. 40. 9. *Lex tua in medio viscerum*  
*meorum.* Intimis cogitationibus meis legem tuam jugiter medi-  
 tor. Esai. 63. 15. *Ubi fremitus viscerum tuorum, & misericordiae tuæ?*  
*Viscera nostra moventur quando malis alterius indolemus.*

*Vitis*,  $\text{גֵּזַז}$ ,  $\text{ἀμπέλῳ}$ .  $\alpha$ . Imago Christi à quo palmites, fi-  
 deles, pendent & succum vitalem accipiunt. Joh. 15. 1. *Ego sum*  
*vitis illa vera.*  $\beta$ . 5. *Ego sum vitis, vos palmites.*  $\beta$ . Hominis fidei  
 ac resipiscentiæ fructus proferentis. Cant. 6. 10. *Ut viderem, au*  
*florisset vitis.* Cant. 7. 12. *Mane surgamus ad vineas, videamus an flo*  
*ruerit vitis.* Jer. 2. 21. *Ego autem plantavi optimam vitem, totam ipsam*  
*semen verum; & quomodo conversa es mihi in sarmenta vitis aliene?*  $\gamma$ .  
 Populi, familiae. Ps. 80. 9. *Vitem ex Aegypto traduxisti.*  $\delta$ . 15. *Vi*  
*sita vitem istam.* Ezech. 17. 6. *Et germinavit, & effectum est vitis lu*  
*xurians humilis stature.* Familia regia Davidis. Conf. Ezech. 19. 10.  
 seqq.  $\epsilon$ . Anti-Christi. Deut. 32. 32. *Ex vite Sodomæ est vitis eo*  
*rum, & ex vitibus Amora uva eorum.*

*Vitreus*,  $\text{βάλανῳ}$ . Pellucidus ac consistens. Apoc. 4. 6. *Et*  
*ante solium erat mare vitreum, simile crystallo.* Coram Christo iudice  
 stabant populi intimè ipsi cogniti fideque & spe constantes. A-  
 poc. 15. 2. *Et vidi ceu mare vitreum.*

*Vitrum*, וְזִכְרוֹר, זכור. Res clara & pellucida. Apoc. 21. 18. *Ipsa vero urbs aurum purum, similis vitro puro.* v. 21. *Forum urbis aurum purum, tanquam vitrum perlucidum.*

*Vitulus*, וְעֵז, עז. α. Instrumentum idololatriæ, uti constat Israelitas in deserto coluisse vitulum aureum, Ægyptiorum exemplo adorantium Apin, & Jerobeamum ad modum duorum in templo Hierosolymitano Cherubinorum fecisse duos vitulos aureos, quorum unum in Bethele, alterum in Dane posuit, 1. Reg. 12. 28, 29. Pl. 68. 31. *Increpa bestiam calami, congregationem taurorum cum vitulis populorum.* Condemna & puni bestiam Nili, Ægypti propriæ & mysticæ, cætumque Principum robustorum vel Antistitum una cum suis idolis. Hof. 8. 5. *Elongare fecit vitulus tuus o Samaria.* Vel, uti vertit Coccejus, *Rejecit vitulum tuum, Samaria.* v. 6. *In frustra discerpetur vitulus Samaria.* Hof. 10. 5. *Ad vitulas Berhaven pavebunt habitatores Samaria.* Hof. 13. 2. *Immolatores hominum vitulos osculentur,* imagines venerabuntur hi qui cædibus grassantur in homines, quod in Græca & Latina Ecclesia contigit. β. Animal DEO in sacrificiis oblatum, hominis Christiani imago Apoc. 4. 7. *Secundum animal simile vitulo.* Ezech. 1. 7. *Planta pedis eorum velut planta pedis vituli.* Esai. 11. 6. *Et vitulus & catulus leonis & bubalus simul.* γ. Animal lascivians sed mactationi destinatum, typus hominis aut populi peccato gaudentis & in exitium ruentis. Jer. 46. 20. *Vitula formosa Ægyptus, excisio venit ab aquilone.* v. 21. *Mercede conducti in medio ejus velut vituli saginati.* Hof. 10. 11. *Ephraim vitula assueta, diligens triturare.* Coccej. explicat de illa Protestantum parte quæ amat fratres suos proterere.

*Ulcus*, שַׁדְדִין, שדד. Imago plagæ. Apoc. 16. 2. *Effusa phiala prima factum est ulcus malum ac noxium in hominibus characterem bestie habentibus.* Coccejus intelligit de dissidiis Ecclesiæ Græcæ & Latinæ Papparum & Antipaparum familiarumque monasticarum. v. 11. *Sub phiala quinta blasphemarunt Deum cæli præ doloribus suis & ulceribus suis.* Conf. Exod. 9. 10. *Et fuit ulcus inflationum germinans in hominibus & in animalibus.*

*Umbilicus*, שֶׁרֶר, טבור. I. Cant. 7. 2. *Umbilicus tuus crater tornatilis, qui non caret mixtione.* Uti in feminis ab umbilico pendet intestinum illud per quod fetus in utero materno nutritur; Sic Ecclesiæ non deficit succus vitalis, vel lac quo liberos

ros suos nutriat, sed est similis crateri potu abundanti. II. Ezech. 38. 12. *habitantes in umbilico terræ, in media terra, inter regna & populos.*

*Umbra*, אֲשֶׁר, צִלָּה I. Rudis & obscura rei designatio, uti umbra est pictura corporis obscura. Coloss. 2. 16. 17. Ne quis vos damnet ob cibum aut potum, aut respectu diei festi, aut novilunii, aut Sabbatorum, *quæ sunt umbra rerum futurarum, & corpus Christi.* Hebr. 8. 5. *Ut qui exemplari & umbra deserviunt rerum celestium.* Hebr. 10. 1. *Lex enim Umbram habens futurorum bonorum, non expressam formam rerum.* II. Quia umbra nos protegit ab æstu, notat in genere præsidium, defensionem. Ps. 17. 8. *In umbra alarum tuarum absconde me, uti gallina pullos.* Ps. 36. 8. *Filii hominum in umbra alarum tuarum sperant.* Ps. 91. 1. *In umbra omnipotentis commoratur.* Ps. 121. 5. *Jehova umbra tua, in æstu persecutionum.* Cant. 2. 3. *In umbra ejus desideravi & sedi.* Esai. 4. 6. *Tabernaculum erit in umbram per diem ab æstu.* Esai. 30. 2. *Ut sperent in umbra Egypti.* Ps. 3. *Spes in umbra Egypti erit in ignominiam.* Esai. 51. 16. *In umbra manus meæ protexi te.* III. Umbra mortis est mors aut naturalis aut mystica, ob caliginem atram sic dicta. Ps. 23. 4. *Etiamsi ambulavero per vallem umbræ mortis, non timebo malum.* Ps. 107. 10. *Habitantes in tenebris & umbra mortis, vincit inopia & ferro.* Ps. 14. *Eduxit eos de tenebris & umbra mortis.* Esai. 9. 2. *Habitantibus in terra umbræ mortis, lux splenduit super eos.* Ps. 44. 20. *Operuisti nos umbra mortis.* Jer. 13. 6. *Expectetis lucem, & ponat eam in umbram mortis & caliginem.*

*Unctio*, unguentum, מִשְׁחָה, מִשְׁחָה, χρίσμα. Typus donorum Spiritus S. 1. Joh. 2. 20. *Vos unctionem habetis à sancto illo & nostis omnia.* Cant. 4. 10. *Odor unguentorum tuorum præ cunctis aromatibus.* Cant. 1. 3. *Ad odorem unguentorum tuorum bonorum effunderis nomine tuo.* Nomine tuo, Jehova, patefactus es, & spargis ubique bonam tuam famam, demonstrans dona Spiritus S. & in humana tua natura, & in Ecclesia, cui missus in carne meruisti Spiritum, & evehctus in cælum largiter misisti. Esai. 28. 4. *Vallis unguentorum est urbs Hierosolyma in qua fuit Spiritus S. effusus.*

*Unctus*, מִשְׁחָה, χρίστος. a. Cognomen Liberatoris Filii Dei quem Pater ad munus Mediatoris consecravit & necessariis ad illud rite obeundum donis instruxit. 1. Sam. 2. 10. *Exaltabit cornu uncti sui.* Ps. 2. 2. *Consilium capiunt adversus Jehovam & adversus un-*

*Annus ejus.* Dan 9. 25. *Usque ad unctum ducem.* v. 26. *Post hebdomadas LXII. excidetur unctus.* β. Ezech. 28. 14. Rex Tyri appellatur *מִשְׁחָה הַסֶּכֶךְ* *unctum tegminis*, qui unctus est ab hominibus, ut sit tegmen, Christi vicarius, Ecclesiae clypeus, per quem Deus suam nobis cognitionem & gratiam communicet, Coccej.

*Ungo, מָשַׁח, מָשַׁח, מָשַׁח, מָשַׁח, χρίω.* Ad certum munus consecro, ac necessariis ad illud administrandum donis instruo. Ps. 2. 6. *Et Ego unxi Regem meum super Sionem.* Ps. 45. 8. *Propterea unxit te, Deus, Deus tuus oleo gaudii praesodalibus tuis.* Prov. 8. 23. *A seculo inuncta fui.* Esai. 61. 1. *Unxit Jehova me, ad annunciandum misit me.* Ezech. 16. 9. *Unxi te oleo.* Dan. 9. 24. *Ad unguendum sanctum sanctorum, ad effundendum dona Spiritus S. in humanam Christi naturam & N. T. Ecclesiam.* Act. 10. 38. *Ut Jesum Nazarenum unxerit Deus Spiritu S. & potentia.* 2. Cor. 1. 21. *Qui autem nos confirmat vobiscum in Christum, & qui unxit nos Deus.*

*Urbs, Civitas, עִיר, קִירוֹן, πόλις.* Ponitur α. pro Hierosolymis. Mich. 6. 9. *Vox Jehova ad Civitatem vocat.* β. Pro urbe gentium Domina, Roma, totaque Romana societate. Esai. 32. 19. *In humilitate humiliabitur urbs ipsa.* Apoc. 11. 8. *Et cadavera eorum jacebunt in plateis urbis magnae.* v. 13. *Decima pars urbis cecidit.* Apoc. 14. 8. *Cecidit, cecidit Babylon, urbs illa magna.* Apoc. 16. 19. *Et dirupta est urbs illa magna in tres partes.* γ. Pro qualibet societate quae humana auctoritate regitur ac continetur. Num. 24. 19. *Et dominabitur de Jacobo, & perdet superstitem de urbe.* Esai. 26. 5. *Civitatem sublimem humiliabit.* Esai. 27. 10. *Civitas munita solitaria.* Hof. 11. 9. *Non intrabo in civitatem.* Ps. 55. 10. *Vidi vinum & litem in civitate.* Esai. 19. 18. *Die illo erunt quinque civitates in terra Aegypti quae loquentur labio Canaan.* Cant. 5. 7. *Custodes qui circum-eunt civitatem Visibilis Ecclesiae Antistites.* δ. Pro Ecclesia aut populo Dei. Esai. 26. 1. *Die illo cantabitur canticum istud in terra Jude: Urbs valida nobis.* Ps. 46. 5. *Fluminis rivi ejus exhilarabunt civitatem Dei.* Ps. 48. 1. *Magnus Jehova & laudandus valde in civitate Dei nostri.* Apoc. 11. 2. *Urbem sanctam conculcabunt mensibus XLII.* Hebr. 12. 22. *Accessistis ad montem Sionis & civitatem Dei vivi.* Apoc. 3. 12. *Inscribam ei nomen Dei mei & nomen civitatis Dei mei, declarabo eos Dei filios veramque Ecclesiam.* ε. Pro caelo. Hebr. 11. 10. *Expectabat urbem habentem fundamenta.* v. 16. *Paraverat enim iis urbem.*

*Ursus, אֲרִי, ἀρσός.* Animal truculentum ac dentibus obvia dilacerans, typus α. hominis sevi, Esai. 11. 7. *Et vacca & ursus pascentur.*

*scantar. Homines sanguinolenti ac cædibus grassantes vivent in societate piorum. β. Regni Persici, Dan. 7. 5. Ecce autem alia bestia secunda similis erat urso, & ad latus unum stetit, tres quoque costæ in ore ejus inter dentes ipsius, dicebantque ei: Surge, vora carnem plurimam. Regnum Persicum, progressu tardius Babylonio, ex una Perside ortum subjugavit Persiam, Mediam, Babyloniam, ac sub Cyro, Cambysæ & Dario Hytaspide populos multos devicit. Sic & Romanæ Monarchiæ pedes erant ut pedes ursi, Apoc. 13. 2. γ. Dei irati. Lament 3. 10. Ursus insidians fuit mihi. Hof. 13. 8. Occurram eis velut ursus orbatus.*

*Uter, אֹתָר, מִטָּה, אִוֹן, αὐτὸς. Vas in quo receptus liquor servatur. Ps. 56. 9. Pone lacrymas meas in utre tuo, custodi, ne sperne eas, uti spernitur liquor in terram effusus. Job. 38. 37. Quis Sapphirinas efficit nubes sapientiæ? & utres cæli quis prostermit, receptacula pluviae in aere. Matth. 9. 17. Neque mittunt vinum novum in utres veteres, alioqui rumpuntur utres. Sicuti mustum ælluans rumpit veteres obtritiosque utres: ita onerosa mandata jejuniorum offendunt discipulos infirmos.*

*Uterus, מִטָּה, μήτρα, γαστήρ. Locus corporis muliebris in quo fetus concipitur & gestatur, tribuitur Ecclesiæ Christo multos liberos parienti. Ps. 110. 3. Ex utero ab aurora ros tui partus. A natione Judaica in Oriente gignuntur tui liberi roris instar matutini. Contra clauso uteri dicitur de muliere meretrice quæ Christo nullos gignit filios. Prov. 30. 16. Sepulcrum & clausio uteri - non dicit: sufficit. Ecclesia mortuorum & mulier stulta cum qua scortantur incolæ terræ, nec tamen Christo prolem gignunt, nequit satiari, sed nos semper quarit sectatores. Conf. Job. 24. 21. Esai. 23. 4. II. Job. 38. 29. De cujus utero egreditur gelu? quis generat glaciem.*

*Uva, אֵבָה, αὐλή. Sicut Ecclesia comparatur vineæ, ita fructus fidei ac resipiscentiæ uvis. Esai. 5. 4. Cur expectavi ut faceret uvas, & tulit labruscas? Et sicuti societas Antichristiana est vitis Sodomæ, ita illius opera sunt uvæ venenosæ. Deut. 32. 32. Uvæ eorum uvæ veneni. Vid. Botrus, racemus.*

*Vulnere, פֶּשַׁע, τραυματισμός. Plagis afficio. Cant. 5. 7. Custodes qui circumveunt civitatem vulnerarunt me. Job. 5. 18. Vulnerat, & manus ejus sanant. Prov. 7. 26. Multos vulneratos cadere fecit.*

*Vulnus, plaga, פֶּשַׁע, מַכָּה, τραῦμα, πληγή. α. Calamitas, miseria, Es. 30. 26. Percussuram plagæ ejus sanabit. Jer. 15. 18. Plaga mea desera-*

*spera-*

sperata. Apoc. 13. 3. Plaga ejus lethalis curata. β. Corruptio, malicia. El. I. 6. A planta pedis usq. ad verticem non est in eo integrum, vulnus, & livor & plaga recens. γ. Castigatio, reprehensio. Prov. 27. 6. Vulnura diligentis fidelia.

Vulpes, **לְשׂוּן**, ἀλώπηξ. Astutus Ecclesiæ hostis. Cant. 2. 15. Prebendite nobis vulpes, vulpes parvulas. Ezech. 13. 4. Ut vulpes in desolatis locis profeta tui, Israel, extiterunt. Luc. 13. 32. Dicit vulpi illi, Herodi.

Uxor, **אִשָּׁה**, γυνή. Imago Ecclesiæ quæ Deo ac Christo nupsit. Esai. 54. 1. Plures sunt filii desolata quam filii maritata. Hof. 2. 2. Ipsa non est uxor mea. Apoc. 19. 7. Venerunt nuptiæ Agni, & uxor ejus paravit se. Apoc. 21. 9. Ostendam tibi sponsam, uxorem Agni. Conf. Eph. 5. 23-25.

## Z.

Zabulon, **זְבֻלֹן**, Ζαβουλών. Filius Jacobi ex Lea, secundum Coccejum una cum tribu Issaschar, typus Ecclesiæ inter defectionem Antichristianam conservatæ. Deut. 33. 18. Latere Zabulon in egres-  
su tuo. Vid. Issaschar.

Zalmon, **צַלְמוֹן**, LXX. Σελμων. Mons prope Sichem, Judic. 9. 48. Coccejo ænigmaticè significat Ecclesiam electorum in media multitudine vocatorum positam. Ps. 68. 15. Ningebat in Zalmon. In populo gerente **צַלְמוֹן**, imaginem Dei, est nix verbi divini, unde perennes fluunt aquæ. Conf. Jer. 18. 14.

Zizanium, **Ζιζάνιον**. Imago hominis corrupti in agro Ecclesiæ. Matth. 13. 25. Quum dormirent homines, venit ejus inimicus & seminavit zizania inter triticum, & 30. Colligite primum zizania, & ligate ea in fasciculos, ad exurendum ea.

Zona, Cingulum, **חֲגוּרָה**, אֲזוּרָה, ζώνη. Orientales laxas vestes zona solebant cingere ad expedite agendum vel ambulandum. Esai. 11. 5. Eritq. justitia cingulum lumborum ejus, & fides cingulum renum ejus. Apoc. 1. 13. Precinctum ad mammillas zona aurea. Paratum ad nos nutriendos ac defendendos. Apoc. 15. 16. Septem Angeli præcincti zonis aureis circa pectora, parati ad exequendum judicia Dei. Esai. 23. 10. Non est cingulum ultra, deficient viri expediti, fortitudine cincti. Vid.

Accingo.

F I N I S.

2327

